4. Citatur etiam Durandus pro opposita sententia ex 1. d. 46. qu. 1. cuius tamen tota art. 2. omnem antecedenterem necessitatem voluntatis nostra ad præiuam actionem excludit: sicut fuitus 3. 47 q. 1. & 2. & in 1. d. 4. q. 1. quia d. 1. q. 1. ex vñueris voluntatis principiis statuit: *Deum non cauatur, secundis immeditare non concurreat ad ipsam effectus, neque aliter, quam eas producendo, & colendum: idque eo in primis animo, ut potesta in 2. d. 37. q. 1. facilius*

Deum à concursu ad actiones prauas illarum, sive ad peccati materiale liberarer: atque omnem subinde ab eo cauſandi peccatum, vel imbram, depellere. At deinceps comitem causa liberar definitionem statut, q. 7. cert. 3. Argentina in 2. d. 5. q. vñ. art. 1. post concil. 2. & art. 2. impugnat. 2. Gottfried ait: voluntatem a qua etiam rationabim in rituunque impulsu scipiam in formicationis consenitum determinate ait. Et d. 3. 4. art. 2. vñ. fin. ad 2. art: Ideo peccatum ad culpam imputari. *Quia homo non resistit peccato quantum potest.* ut acrius 2. sum, apud Cartuſian. 1. d. 4. q. 3. sub med. pertin: [In obduratione fuit duo. Aliud est actus voluntatis pertin: citetur in heretis malitia: & huius Deum non est cauſa per leprosos, per accidens, neque occasio: sed voluntas deficiens. Aliud est subtrahit grauitate, qua subtrahit potest confiderari, ut peccata peccata: & ita Deus est causa eius perle; potest etiam confiderari, ut cauſa, sive occipit lequeſtus, & ita non est à Deo, sed à voluntate peruerſa:] Quia scilicet subtrahitione grauitate ad inductionem cauſam dedit. Tamum aberat à preſumtione, seu pretermidatione deficiens voluntatis in operando! Cartuſianus ipſe in 1. d. 40. q. 3. sub init. ex S. Thom. ait: [Obduratione interdum dicitur actus voluntatis obſtituſio in vito, cui pertinaciter inhaeret. Siue Deus nō est ut cauſa obdurationis: sicut neque actus peccati, quantum ad eius deformitatem, sed homo.] Et in 2. d. 3. q. vñ. post med. & d. 37. q. 1. approbat quæ ex S. Th. ca. d. 1. q. 3. fin. & alibi supra resumens, & de actione praua, i.e. materiale peccati etiſdem. Ricardus in 2. d. 3. 4. a. 1. q. 4. corp. Ideo actus defodus à voluntate procedens habet rationum culpe, quia voluntas per libertatem potest se tenere, & per suam diffidabilitatem exeat in aliud defodus: sum. Inferiſtur, quod explicat, cur defectus non reducatur in Deum exemplo: Si enim aliquis faber fabricat cestulum, & alterius aedidat utrum vñ: & ille potest ex diuerſitate voluntatis abutens cestulæ faciat aliquod opus illitteratum, sive abusus non reducetur ad fabrum. Reduceretur autem, ad primum alterius vñ: ex iutique efficacij voluntate, neque inutiliter ad aliud vñ: rectum cestulum faciet, & deficiat: & ut in præſumtione regi componeat.

quætes primos ambozim à Deo impresos liberos illi non esse, d. 37. q.vn. art. ad argumenta 1. vix art. diuinam voluntatem eis paratam ad concordantium, non determinando, sed relinquendo voluntati facultatem, vt se determinet ad actum, & art. 3. dub. 1. ita è Scotti solut. scribit: *Ita est Deus cauâ effectuâ rexitudinis, quod quantum est de se datus illam actui, si voluntas cooperatur, inuenienter enim quidquid Deus dedit antecedenter, datur etiam conseqüenter, quantum est ex se, si non esset impedimentum, vt dictum est. Voluntas autem, quantum est ex se, non datur rexitudinem actui.* Inferius subdit propositiones, quæ alio clariori ordine disposite sic habent: *[Defectus rexitudinis non induceret peccatum si voluntarii diuina, neque res ipsa voluntatis creata, si voluntas diuina primo, & simpliciter nollet dare rexitudinem, quia tunc voluntas creata non posset dare rexitudinem.]* Et dub. 2. probat Deum non esse Authorum, vt homo sit dexter: *[Quia consilio, præcepto &c. Deus non mouet voluntate hominis ad faciendum malum, ut fieri secum, tamquam causa partialis, producatur malum, neque quantum est ex se, concurreat Deus, vt dictum est, quia voluntas libere hunc producit, Deus comproducit.]* Greg. Arianum in 2. d. 28. q.vn. art. 3. post med. ad 12. *[Non folum utitur Deus ad bonum veli partialiter coöficiendio, quod est modus communis, quo cōcurrit ad cuiuslibet creati agentis quilibet effectum. Sed etiam quodam alio speciali modo, videhicer faciendo ipsam voluntatem partialiter concuasit ita, quod ipsa voluntas partialiter concuasit applicata, & quia mortali à Deo ad sic partialiter causandum. In qua motione ipsa non necessitatatur, sed instrumentum liberum existens, in cuius protestate est sequitur motionem primi agentis, iustatur ita, ut agat, quia non sic actus, nequam agere potuisse.]* Ad productionem vero actus mali solum primo modo Deus concurreit: quia non facit voluntatem agere actum malum, sicut facit eam agere actum bonum. *[Quibus motionibus, adhuc temperatam, & cum potestate non operandi (quare respectu actus nostri probi concedit) respectu præi Deo negat: Nendum necessitatibus motionem, & prefinitionem eius d. 37. quast. vii. art. 3. ad 1. fine.]* Sicut Deus non agit contra rectam rationem faciendo hominem qui possit malum actum facere, sum ad eum faciendum non cogit, vel inducat: sic non agit Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

TEGA  
L. pat.  
VIA

contra rectam rationem ei non subtrahendo id, sine quo non potest facere malum actum; neque ramen excitando, vel faciendo, ut homo faciat talum actum.] Et ad 3, [Deus cuiuslibet beneficiant est causa, ut faciat illud, quod benefacit. Nam non solum causat, sed etiam mouet voluntatem eius, & facit eam facere eundem actum. Nulli autem malefacient est causa, ut malefaciat: licet actum illum etiam concauser. ] Et ad 6, [Nego, quod Deus velit illum hominem facere istum actum sicut secundum Mag. d.v.t., libri: Tota Trinitas voluit Passionem Christi, & occisionem; neque ramen voluit, quod Iudei occiderent Christum.] Et col. penult. ad 8, [Ad hunc sensum dico: Deus sequi determinationem voluntatis: quoniam ideo Deus agit illum actum, quia cum voluntas agit; & non ideo, quod Deus agit, ideo voluntas agit. Et ideo magis proprie dicitur Deus coagere voluntati in talum actum causandum, quam voluntas dicatur congere Deo.] Infra, §. Ad propositum explicatus ait: [Deus in sic agendo non est principalis causa, ita ut moueat voluntatem nostram ad agendum, & faciat eam facere talum volitionem; aut modo aliquo suadeat, vel exerceat. Hoc enim opinari de- restanda, & abominanda opinio est.]

8. Ioan. Maior in 1.d. 48. q. x. conclusionem 4. sic ex- plicat: [Deus non vult culpas esse, quantum est ex parte eius. Nihilominus dedit nobis liberum arbitrium relinquens nos in manu consilij nostri: sine eius ope nullum actum elicere valens. Inde etsi illi nos necessitare ad bonum, Hac est disconveniens conditio, quam nobis in- didit, si voluntas: igitur nobis quasi iniurias cooperatur, quare dixerim quasi iniurias pondera. Nempe, cum ad malum conditio voluntatis nostrae disconvenientis purificatur.] In 2. d. 37. quæst. 1. ad 4. Sicus homo sapiens non infi- gatur, & allecit alium male agere, ita neque Deus. In- feriucle: [Quia sine Deo nihil agere possumus, para- tus est nobis cooperari ad substantiam mali actus, quem scimus per Dei prohibitionem esse malum; & etsi voluntate beneficiti generalis influentia ex suppositione, seu voluntate non subtractionis cause influentia, necessaria ad productionem actus: dicitur ex suppositione: hoc est supposito, quod nolumus feruare sua pra- cepta mauli influentiam generalem non subtrahere, quam cam impideat, vel nos ad bonum necessitare.] Post med. quæst. §. Hac speculatio, ait: Hunc actum, demonstrando substantiam peccati, Deus vult ex supposi- to, quod homo vult hunc actum; Deus non subtrahit suam influentiam generalem, qua ad actum concurrit. Et fine hoc illustrat simili: Etiens merces in mare, gra- tia exoneranda nauis, magis habet de velle, quam de velle ex Arist. 3. Ethicor. cap. 1. Ostendens Deum qua- si coactum concurreat ad actionem prauam, ne concur- sum generalem ad ipsam negans iuit laudem impediatur, qui potuit transgreedi, & non est transgressus: facere mali, & non fecit, quæst. 2. ad 4. inquit: Deus non habet velle pure spontaneum, & simpliciter respectu substantia illius actus, sed solum velle generalis influentia, & habet nolle prohibitorum respectu illius substantiam actus. Et q. 3. concul. 4. Potest dicit ad aliquem bonum sensum, quod voluntas prius agit ad actum malum, ad quem, ait, patres præuenti non aderit, cum speciatim ad actum bonum nos dicant præueniri ad ipsa. Vique, quia nostra determinatione generalis Dei influentia indifferenter, seu non determinata ad actum prauum ad hunc determinatur, & explicatus subdit. [Prinus Deus est paratus coagere vo- luntati ad substantiam actus mali, quam voluntas non potest elicere Deo non concurrente intellectus diuini ineligit voluntatem creatum velle, A actum malum producere, si concursum primæ cause necessarium ad productionem illius actus habetur: & quod non illud velle possit habere sine concurso Dei: Deus illi coagit adhuc, & illud prohibetur: & quodammodo iniurias hoc Deus facit: hoc est, non pure spontaneum ad sensum superiorum crebro declaratum.] Et ad 3. docet in potestate fœcrosis esse, quod Deus concurrit, vel non ad eius actum malum: que omnia non ex voluntate absoleta, & simplici Dei, & determinatione sua ipsum (nendum nos) ad actum prauum concurtere, sed ex determinatione nostrae voluntatis. Hæc quidem à Deo fuisse ex Maiore recitauimus, quia eadem q. 3. concl. 1. aduersarii fatis ad speciem fauientia hæc dixerat. Deus de- terminat aliam causam ad hunc effectum, & non ad simi-

lem, quem equaliter habet in sua potestate. Et prius q. 1. concul. 2. probat 6. [Voluntas creata est libera ad hunc actum malum producendum, & ad illum; neque est maior ratio quare unum producat, quam alium, nisi, quia determinatur à Deo: ergo ad hunc actum, qui est malus determinatur à Deo.] Verum his solum docet actum voluntatis nostræ, indiudicationem ficut, & effectum omnium altius causatum, non ab eis, sed à Deo determinari: quod verisimum est, nec aduersarii fauerit, id enim præstat oferendo concursum ad actum hunc, & non ad alium; in differenter tamen, si voluntas operari velit hunc actum ad quem concursum offert, & parat, vel eius contrarium vel neutrum. Ideo dixit hunc, & non similiter.

9. Marlior in 1.d. 40. art. 2. sub 3. concil. & concl. re- sponsali: Probat cum præfectio futurorum eorum con- gentiam, & potestatem ad vtrumque in nobis stare, quia alias peccati Author Deus est: vbi inter alia illæ, inquit, est principalis Author peccati, qui non potest non peccare. Subiectus. [Iste qui hic produxit creaturam, & nouit eam pe- caturam necessariam, & tamen libere facit eam, est prin- cipalis causa antecedentia, scilicet, existente huius crea- turæ: ergo est principalis causa consequentia, quod necessario sequitur: scilicet, peccati.] Et fine questionis. [Deus præficiens. A. Futurum non necessitat voluntatem ad A, quia tunc A. non est peccatum: cum nulus peccet in eo, quod vultare non potest.] Inferiucle: [Causa, qui producunt A, (vt voluntas) non sunt determinata ad A, sic, quod non possunt ipsorum non producere.] quibus constat illum non de innata voluntate necessitate pec- candi manichæa, sed etiam de aduentitia ex præficiencia, aut voluntate Dei loqui. Et q. 4. post concil. 5. de Elec- tione præficiens, [Actum voluntatis, quod substantiam voluntatis beneplaciti, & dum tamen mulier eum vult, Vide in potentis liberis imaginantibus est, quod quemque actum elegerint, Deus, ut causa vniuersalis agit cum eis, libere ramen. Dedit enim ad hoc libertatem arbitrii, & posuit in actus bonos & malos, sicut in natura integra, & quoquecum duxerit electos Dominus coageret, ut causa vniuersalis. Subdit, in his actibus qui disconvenient voluntati, quasi voluntas præuentus cum: quia, ex quo Deus præcepit contrarios, & bonos voluntati, malos voluntati non producere, nisi præuentus aliquo modo per voluntatem libere se determinantem ad partem sibi nociam. ] Verius fin. [Ad rationem principi: Deus concurrit ad actus malis substantiam, ut eius bonitatis principalis Author; qui tamen producit, quasi præuentus libertate voluntatis eam præuentis, cum qua statim concurreat in his, quæ voluntate libere elicere in eis.] Quod itam in voluntate ludorum occidenti Chirstum repetit Martin. Magistri tractat de concilio q. 3. de perseuer. agens in solutionibus obiectis: Deus Adamo dedisse principia, quia cum libero arbitrio poterant esse causa per se prætermodi sufficientia, sed præsumi libertate peccare. Almain, 1. moral. c. 1. post med. ait. Alii pa- dicunt, quod, qui agit alatum malum, Deus non vult illum agere, etiam quantum ad substantiam actus, quam agat. Quod absolute non probat. Eo vero sensu, quem ex aliis reculimus probat, Deus ex propria sententia responderet. Deus velle non est præsumendum, sed concomitans, & simili- habens, scilicet ab solutum, quia præsumendum solutum est, si voluntas velit: quod ipsa voluntatis re- litione, qua purificatur conditio, in solutum finaliter trans- fitur superius dixerat cum Dionysio Cisterciens. De- concilium, & voluntatem ab solutum nostra priore na- tura, aut tempore non esse. Et c. 16. tacitè Atrinensis do- ctrinam probat: nempe ad actum concutum Dei generali- tate, et ad bonum vero (speciem), quæ Deus facit, vni- ciamus requiri: unde præsumendum, seu prædeterminatio- nem o mensem, ut prauas actiones faciamus, aperte excludit.

10. Marlior in 2. d. 43. q. 4. Et si concedat Deum ca- sare actionem prauam, etiæ cum respectu ad ultimum finis, excusat ramen illi a culpa, quia causa totalis non eligi- niæ vult pactum tenere, scilicet, quod omni creatura scilicet in caro, & ad bonum, & ad malum ex parte nepe faci- es differenter ad vtrumque eius potestate comprensibile est ea portus ad malam actionem determinatus, quæ determinauit Rupert. Holcoht. & si in 2. q. 1. art. 4. Illam Deus vult fa- tem peccare, & similiis Nominalium (ad quos ex suis Do- minicani iuit) propositiones admittat, cum eis tamen

ad indifferentiam diuinæ voluntatis condicioneata, & concursum generalis determinati à nostra voluntate recurrit. Hæc speciam nota: Secundo modo concurredit Deus voluntarie ad coagendum cum natura rationali libera, quæ tales leges habuit: quod quidquid ipsa velit placet sibi cogere ad illam voluntatem; licet non simpliciter placet sibi agere. Sicut per illam voluntatem denotatur: itaque, si sortes vult peccare, placet Deo coagere secum in hac voluntate, & non impideat eum, vel si impedit eum, hoc facit per legem communem. Inferius ait: Porci dicit, quod Deus non est causa peccati quia ipsa causa est vera. Deus vult sortes peccare, quia sortes vult peccare, & non est contra. Ideo sortes est magis causa peccati, quam Deus non tam est maior causa, vel melior, seu principitalis, vel potius concedi: quod Deus est summa causa peccati & summa causa; tamen, hoc non obstante, imputatur creatura, quod in postem ipsius sit Deus esse causa ipsius peccati: unde ex ipso homo est liber, quia Deus statuit coagendo univocum creaturam secundum modum naturæ suæ: sequitur, quod homo habet in sua potestate facere. Deum coagere, & non cogere, sicut sibi placet: quia Deus fuerit hominis voluntati. Repetit indeterminationibus, q. i. art. 4. ad 1. & 2. Quibus, & si male admittat ab soluere peccati causam esse; tamen, ut cum à culpa excedat ad determinationem eius à voluntate nostra ad coagendum illi actu determinatio, & libidinatio ad humanam voluntatem, in cuius subiecte voluntate sit Deus ipsi coagere, aperte Holochur recurrat: ex qua doctrina omnes actiones præsumuntur, & prædeterminationes diuinæ excludit, & ab omnis illis suas propositiones excludere potuerit. Nicolaus Ocellensis in 2. d. 37 circa med. Scotti verbis materialis peccati præsumuntur, & prædeterminationes recitent, ut vidimus supra. Andreas de Castronovo in 1. d. 22. quæst. 2. ad 2. ait: Deum velle hunc actum, non voluntate absolute simpliciter, & efficaciter, nec velle præsumit, sed velle generalis insufflante: quod est tantum velle secundum quid, & conditionaliter: quia quantum est se, potius velle. Deus ictum actum non habet: tamen, si voluntate creatura vult illum, non vult subiungere suum concussum. Porro hanc doctrinam è Schole Principe, & Autore Okamo recitata, Nominales cibibit: p. c. enim in 1. d. 38. q. vii post med. ait: Supponit preparatione diuinæ voluntatis ad coagendum, ad hoc voluntatem cretam esse non agere: & d. 46. quæst. vii. post med. Deum esse paratum, ut cooperetur ad bonum; nihilominus hominem nelle operari bonum, sed malum: & in 1. d. 19. ante med. Non esse liberus eos actus, qui ne effassent sequuntur ex primis, quod Deus imprimis Damnonibus, sed soluunt alios, qui non ita sequuntur, ei & repugnant, sicutque indifferentes, & m. d. inter nere statim, & repugniant cum illis, ut tentare vel fecerit. Ceteri vero Nominales, ex parte actione præsumunt nihil in specie docuerunt; tamen ex his, qui de indeterminatione voluntatis nostra à Deo, & determinatione à se ipsa actionum nostrorum liberae voluntatis docuerunt, q. 6. cert. 2. sicut aperte contra actions præsum diuinæ præsumtiones, & prædeterminationes militant. Maxime, cum ita pro communi cause libera definitione pugnaret, quæst. 7. certam. 3. ut eius inventores, & Patrini (ethi falso) vniuersi, ut eo certam ostendimus, ab aduersariis refutatur.

11. Ex non adeo verutatis Doctoribus Roffensis contra Lutherum art. 36. §. Edifice, & sequente, & §. Ad neutr. art. 36. circa articulis med. Ruard, Tapper contra Luther. art. 4. post init. & art. 7. ab init. & subinit. & proposit. 10. sicut post generali Dei influxu, & requisitus omnibus voluminat ad particulas actus prædeterminationem à Deo non esse, sed possit eligere, & agere, vel fecerit, hoc est, non illud, quod etiam Alberus Pighius 7. & 8. de Rictio arbitrio docet, ut supra testimoniis, & Tapper his locis de potestate voluntatis ad facendum, vel non faciendum via sua malas: sicut Horantius toto fere lib. 1. loco. Catholicor. præfertur à cap. 45. ad 47. & 49. 24. Capitonius explicatione, Catholicor. part. 1. explicat. 10. & 65. atque explicat. 28. & 30. Docet Deum non impellere ad peccandum, nec poluisse diuturnum, caudare, sed liberum arbitrium: citatur pro aduersariis et caput, & redempcio gener hum. tract. 5. cap. 4. ad 1. cum tamto tota cap. contra præsumtiones & prædeter-

Christoph. de Ortagas de Deo Vno, Tom. I.

minationem ad actionem præsum acerbitate pugnat: sub eius init. speciam hæc nota. Tradere in desideriam non est incitare, aut immittere desideria præsum, sed est permittere eos agere secundum sua ipsorum desideria: ita tamen quod desideria illa non expletantur in opere nisi secundum ordinem diuinæ prouidentiæ. Subinferius ait: Deum non ingerere, neque inspirare iniquam voluntatem: & ad 4. ait: primaria, & antecedentia voluntate, & quantum ex se est, præpare, ut omnes bene operentur & vivant, ipsos vero sibi mortis. Autores esse. Item cap. 3. concul. 3. & tract. 4. cap. 2. concl. 1. 2. & 3. & corollar. 5. & part. 5. capitul. post med. & tract. 6. cap. 1. part. 1. rationibus 3. & 4. generis, & lib. de concordia grat. cum lib. de arbitrio cap. 2. p. 2. & c. 3. longe ab init. & lib. 1. de gratia cum libero arbitrio, toto tract. 4. & toto lib. 2. maxime tract. 1. ad finem docet: præscientiam, prædeterminationem, reprobationem, & operationem Dei nobis relinquere: utriusque partis potestatem indifferentem: ita, ut iisdem circumstantiis alter peccare, sive actionem præsum eligat, alter fecus possit. Vega 2. Trident. cap. 12. ad fin. docet arbitrij libertatem necessitate solutam esse debere. Ad rem vero præsentem speciam e. 15. habet: Qua parte liberi sumus ita Deo in nostris operibus cooperamus, ut labi, & desiccare pro nostra libertate possimus. Atque ideo omnia operum nostrorum vita, & omnes desideria nostra debent, & non Deo imputari. Nos quippe sumus, qui ad mala opera illius generali concursum abutimur: cum ille perinde, in modo magis paratus sit nobis ad bona cooperari. Infructu: Ita profusa nostra peccata non debent imputari Deo, qui auxilio, dumtaxat generali, ad ea concurredit: sed nobis, qui defectum, & claudicamus ab ipsius lege, atque influxum illius in malum derrogemus, quarelibet, licet nobiscum efficiat actus, qui intrinsecam, & inseparabilem habent malitiam; nequaquam tamen, (ut antiquioris Theologi probe monerentur,) causa peccati, aut Author peccati censeri, aut appellari debet. Quibus consonat lib. 6. cap. 7. post med. cap. 8. post med. & circa fin. lib. 12. cap. 21. & de iustifica. q. 1. ad 3. Archiepisc. Coloniensis Enchiridio Chiristiane relig. tract. de Sacram. p. 1. Paucum tantum, circa titulum de confess. fol. 100. Licet Deus præcuerit hominem causarum, non tam in hanc præscientiam homini naturæ, sed illud donum, quod creando impertit, admetit. Deus enim ita præsedit, ac determinat contingens, ut non rollat: modum agendi natura inditum, sed determinat actiones, sicuti sunt. Determinare autem pro permittere viupas. Subdens continuo: Prauidit Deus Iuda malam voluntatem: permittit, ut proderet Chiristum, non coactus, sed voluntarie: & decrevit quomodo Iudam, sic voluntarie peccantem perderet. Non ergo Iudas peccauit neccari.

12. Hadrianus quodlib. 3. q. 1. ante med. [Alio modo potest quis credere se peccatis abstinere non posse; ab soluere credendo non posse se abstinere a peccato, aut non posse ad vicandum peccata à Deo sufficiens auxilium impetrare, etiam si fecerit, quod in se est. Et hic error est species infidelitatis oppotest fidei, ad quam obligatur, credendo Deum iulie, & misericorditer mundum gubernare: Illi enim manifeste repugnat apud vñhincque fana mentis, Deum hominis imputare ad culpam, ad quod viridum, nec dedit, nec dare paratur, et sufficiem in facultatem homini, inquam, facienti totum, quod in se est, qui error etiam aperte contrarius est Sacra Scriptura, J. Gen. 4. 4. Nonne si bene egis, recipies. Et 1. Corinth 19. Fidelis Deus, decretelis eiusdem, & Hieronymus. Repetit quodlib. 7. q. 1. circa fin. fol. 1. argumentor. & in 4. d. certam. tract. de Sacram. Pernit. q. An hominis semper maneat facultas vñre penitentia? Et quodlib. 7. q. 1. circa finem ad id Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus, & ita discutitur. Erat hinc Cain in statu damnacionis, & mortalis culpa: ergo in quoque statu fuerit, sive gratia, sive damnationis sub nobis est, sub potestate nostra, & dominio appetitus peccati, & nos dominatur illius. Idem videtur manifeste volumen Apostolus Corin. 12. Non patietur vos tentari supra id, quod potestis. J. Michael Palacios in 2. d. 37 d. f. p. vnic. ad 1. (confone sibi d. 25. disp. 1. init.) ait: [Deum ratione influxus fui in actionem præsum nostram peccati cauam non esse: quia Deus res, quas condidit, sic adiutoriat, ut eas proprias functiones pro sua sapientia

Cccc 2

# 576 Controu. III. de Decreto, &c.

sapientia agere sinat. Adde etiam hanc diuinam assisten-  
tiam, seu concursum, tametis non habeat homo in sua  
potestate; & tamen illi paratissimus, ut operetur, quan-  
do voleret: idem plenam habet potestatem liberum arbit-  
riatum.] Delphinus lib.4. de liber. arbitr. pag. 171. [Ista  
causa à priore causa & superiori adiecta posset aucti suo  
restitutum exhibere, quam teneat date, ac minime  
praeber. Prima vero causa, nimirum Deus, quamus dare  
a curia rectitudinem non tentatur; dare tam tamen,  
quantum in se est: si humana voluntas Deo vocant, &  
ostium pulsanti consentire. Vniversaliter enim: quid  
quid Opt. Maxim. Deus alicui praeber antecedenter (hoc  
est quantum in se est) dare etiam consequenter, (hoc est  
revera, & efficaciter,) nisi humanum liberum arbitrium  
dissentiendo ponere, atque obiceret impedimentum.]  
Pluribusque ostendit repugnare Deum alter ad actum  
peccati concurre. Hertera in 2. sentent. Scotti tom.2.  
disp.38. quast.3. notab.6. versus fin. ita ex Scotto Denm à  
causando peccato liberat. [Quod vero Deus, etiam si non  
teneatur ad ponendam rectitudinem in actibus liberis vo-  
luntatis creare, tam apponet, quantum in se est, nisi  
ex parte libertatis creare, inueniat impedimentum,  
Probatur: quia omnia, que Deus dat antecedenter alicui,  
daret etiam illi consequenter, nisi ex parte illius inueni-  
ret aliquid impedimentum: sed Deus dando libertatem  
voluntati creare, & auxilia, sufficietia, & leges, & praecpta  
quibus ducta rationi posset se conformare, causat antec-  
cedenter rectitudinem in omnibus actibus libertatis creata  
voluntatis: ergo quantum est ex se causare de facto re-  
ctitudinem in eisdem, nisi in voluntate, (qua est propria  
causa deficiens eorum) inueniret indispositionem, & im-  
pedimentum.] Confonat. q.6. notab.6.9. & 11.

13. Marc. Anton. Nata lib. 12. de Deo ab inicio  
Deum eadem ratione à causando nostro peccato liberat:  
quia de se sufficiens homini de mediis, quibus illud vi-  
tare posset, prouidit: quare per hunc, non per Deum stat  
prava eius operatio. Speciatim legendas pag. 6. & 7. Bel-  
farnim. tom.3. toto lib.2. de amissione grat. & iusti pecca-  
ti contra praefinitiones, & præmitiones Dei nos ad actiones  
prauas prædeterminantes acter pugnat: & cap. 4.  
post med. confurat solutiones ex optimis iustis iure, &  
& immunitate à lege, & obligatione, quo minus Deus  
prauas actiones prælinens, atque determinans causa pec-  
cati, & sit, & habeatur, cap. 5. notat ab culpæ imputatio-  
nem non requiri militiam ipsam eligi à peccante. Vnde  
Deum peccati auctorem & peccatorum, si actionem prauam  
præfinit, seu prædeterminat, fore concludit: & §. iam  
igitur: sub init. ait: Causa peccati non erit Deus, quia  
encurreret in fluxu quodam vniuersali, & indifferenter ad  
hanc actionem. & ad contrariam: ac per hoc non erit talis  
actio in specie, quia à Deo, sed quia ab homine prodit: &  
tota culpa erit hominis, qui concursu Dei abutu voluit ad  
istam actionem, cum ad aliam bene vult posset. Et §. sequen-  
ti, Quod si Deus non solum ut causa vniuersali ad eas  
actiones, mala quae sunt, concurrat, sed etiam ut causa parti-  
cularis, eas, ut tales sunt in specie intitulat, ea que imponet,  
vel ad eam hominem impellat, vel per hominem, ut per in-  
strumentum actiones illas in specie efficiat, nullo modo intel-  
ligi poterit, quoniam dudson Deus ipsi non peccat. Reperit  
eo cap. & c. 18. duab. columnis postremis. Azor. tom.1.  
institut. moral. lib. 4. c. 22. q. 1. §. vlt. & cap. vlt. præmitione  
determinant, quare & præfinitionem ad actionem prauam relicit, & Clarius cap. 2. quast. 2. & 5. cap. 20. q. 16.  
& alibi. Henr. tom.2. lib. vlt. de fin. hom. cap. 5. §. 3. &  
in Glosa, cap. 15. fine ait, Deum nec præfinit, nec ex-  
citat, nec inclinat, nec prædeterminat voluntatem ad  
actionem peccaminosam. Fufus Molina in concordia,  
d. 29. & 1. p. quast. 14. à d. 5. Soar. lib. 2. de auxil. Vsq. 1.  
part. d. 99. cap. 4. à num. 20. libi consonans 1. 2. d. 38. 39.  
189. cap. 15. ac minime diffonsans 1. 2. d. 129. cap. 7. & 8.  
vbi solum ait: Deum non esse causam moralem peccati,  
ersi ad eius actionem phisice concurrat, quia nec præci-  
pir, nec incitat, nec instigat ad illam, sicuti ceteri Scho-  
latici respondent: in qua solutione præfinitionis, &  
prædeterminationis diuina ad materiale peccati exclusio po-  
tissimum concinetur. Addo Ioannem de Salas 1. 2. tom. 2.  
tract. 11. d. 10. fect. 1. num. 36. Lessium cap. 5. Apolog.  
Diotalegium opusc. de concursu Dei c. 7. post oppug. 4.  
pag. 91. Didacum Ruiz de Montoya de volunt. à d. 26.

ad 51. inclusu, Paul. Leonard. spathim in suis responso-  
nibus. Borrul d. 12. de scient. media per totam, & uno  
verbis reliqui citati quæst. 5. 4. & 6. contra actionem libe-  
rarum præfinitiones vniuersim, & q. 7. cert. 3. pro communi  
causæ liberae definitione statuenda.

## QVÆSTIO II.

Liceantne per Sacram Scripturam ad  
materiale peccati præfinitiones  
prædeterminatiæ?

**Q** VAM fuerint præfinitiones ad materiale peccati  
prædeterminatiæ Theologis ferè vniuersitatis  
est, ostensum hucque à nobis est: communis  
ius in eas odij causa & fundamenta sunt deinceps cum ab  
authoritate, tum à ratione erant inuincibiles, & primus  
à Scriptura testimonitis, que principia Theologia Catho-  
licæ loca & fundamenta sunt.

## CERTAMEN I.

Præfinitiones prædeterminatiæ ad mate-  
riale peccati Sacrae Paginae viden-  
tur aduerte.

1. **I**ta præfinitiones hasce torum caput Ecclef. 13. ma-  
nus aum. 11. aperte refellit, ut vix commentari,  
aut discursu ad inde confutandas opus habemamus. Sic et  
numero impium à sapientia, seu Sanctitate, & iustitia de-  
ficiens Ecclesiasticus alloquitur: Non dixerit, in  
Deum abest: iudicet operari: quia enim odit Deus ne fur-  
ris. Atqui si Deus præfinitionem iustæ operations, aut  
omissionis legi, & iustitiae conformis, (quam necessariam  
per hos ad iustum legique conformem operationem aut  
omissionem à nostra libertate independentem omnino,)  
non apponat; inquit vero apponat præfinitionem inde-  
pendenter à nostra libertate ad materiale peccati, seu vi-  
ligi disformiter iustitiaeque ex nostra libertate, vel omis-  
sione actum præceperit, vel operem probitum per  
Deum, certò & aperte aberit, non autem per nos, sed  
aliter, vel operari non possumus ex arbitrio nostro, vel  
omittere: ergo huic textui præfinitiones prædeterminatiæ  
ad materiale peccati, sive ad actum, vel omissionem,  
provt a nobis, aperte repugnant. Secundæ item terro  
huius parti hand obscurus repugnat: quia enim, inquit,  
odit Deus ne feceris: ergo actiones prauas, legique ab-  
uerias, & idem de omissionibus eis odit Deus: ergo ex  
efficaciter non præfinit, que enim efficaciter fieri a nobis  
vult, ex parte etiam sua, nequit absque repugnancia fieri  
verbis adhortatio Dei ad nos continetur, ne faciamus, (et  
dubio debet, quod in nobis, nostræque porrectis eis, vel  
agere vel omittere; atque solum eis in nostra porre-  
ponere materiale peccati sive physicum actus prohibiti,  
qui prout à nostro arbitrio, materiale peccati eis, non as-  
tem eo posito militiam formalem (in quoctoque ea con-  
sistat) ponit in illo, vel non ponit: cum necessario sequi-  
tetur: ergo ad actum prauum, prout a nobis, seu ad mate-  
riale peccati non apponendum non Ecclesiasticus adhe-  
tatur. Tum si adhortatur autem, quia illud odit Deus,  
ergo materiale peccati, sive actum prout a nobis, odit  
Deus, ac proinde illud nec efficaciter velle, & præfina-  
re planavit: id est deinceps ad terrenos affectus, quibus à iustitia  
caderec equa verò imploratio ad ciuimodi affectus, &  
operaciones prauas, atque lapsum à iustitia maior, quam  
præfinitiones,

præfinitione, ut iij à nobis, hic, & nunc apponantur, & sunt: neque enim alter homo se implantat, implantare, & iustitia habi, ac decidere villo pæco potest ex arbitrio suo, quam actum prauum, hic, & nunc, atque in his circumstantiis, physice apponendo. Addit: Non enim neceſſari sunt ei homines impij: vt actiones prauas, quibus sunt impij, & ex fine villo vel fatisfaciendi muneri causa prima, vel quouscunq; alio velit, nedum efficaci sua præfinitione faciat actus prauos apponit, quos odiit, vt dixerat, & repetit statim vers. 13. *Omne excrenatum erroris odit Dominus.* Tacitaque obiectio, quod nū Deus aliquid esse velit; esse illud nequeat, (vt S. Petrus Simon Magnus obiectio verbis datis q. cert. i. n. 1.) adhibet solutionem, vers. 14, quia scilicet hominem, quem rectum creauit, posuit in manu consilij sui: id est lui arbitrij, & ad vitium porrectatis, & ante ilum bonum, & malum, vitam, & mortem; quare malum, sua prauum actionem ex eius potestate abusu eius voluntate apponi, non diuina, quæ solum ea ab ipso fieri permittit, ut ipsi libertatis iura ferentur, quæ aperit materialis peccati præfinitiones prædeterminatus excludunt.

2. Sed quæ adhuc vers. 15. plura Scripturæ loca contra has in iunctu præfinitiones: Adiecit mandata p̄p̄ræceptua: ex quo loco argu fætem discursu, qui singularis eis locis oratione repetetur; etenim leges, & p̄cepta omnia de actionibus sunt, que illis prohibentur, vel fieri præcipiuntur: quorūque hic, & nunc posuit leges, vel p̄ceptio physica nolit, vel omisit, vel posuit, materialē peccari est, sua omissionis, sua commissiōis, v. g. Non occides: Festi dies obitibus. D'rogue ratabilis pro indebito ad Ecclesiā modicamina & similibus quæ materialē peccati physicanē posuitum nostram actionem vel omissionem in his circumstantiis hic, & nunc prætergreditur: ergo implicat cum lege, vel p̄ceptio actionis illius, vel omissionis physica a nobis præfinitione Dei de actione, vel omissione physice a nobis apponenda, sive, ut à nobis hac actio fiat, vel à iuncta omittatur; seu quod idem est præfinitionis materialis peccati notitia à Deo cum lege & p̄cepto repugnat: quare, vel nulla sunt p̄cepta, & leges contra facram paginam, vel nulla sunt materialē peccati præfinitiones. Probatur consequentia primo: quia nequit esse vera lex, & p̄ceptum, ab illo, & sive voluntate Superioris ex parte sua, ut hanc à subditis, que p̄ceptit, ac non sunt ab eis, que prohibet: Si enim eam voluntatem fieri ex parte Superioris ab eis certe subditis confer, eos legibus, & p̄ceptis non teneri, nec p̄cepta, & leges illas perfundit, solum esse, non veras, dubium est: ac qui cum voluntate efficiat diuina, & præfinitione Dei, ut hic, & nunc hæc actio à nobis fiat & illa hic & nunc omittatur implicat fieri, ac vera Dei voluntas, ut hic, & nunc illa actio à nobis fiat, & illa omittatur: ergo cum præfinitione ista diuina materialis peccati, sive, ut illa actio à nobis hic & nunc fiat, & illa omittatur implicat ac vera ac fieri p̄cepta, quæ à Scriptura afflentur. Probatur secundo, voluntas fieri, permisit adhuc, nec solum posuit efficiat, Superioris ex parte sua, (ceteris modis est materialē peccati præfinitione,) ut actio subditus p̄cepta ab eo non fiat, vel ab eo sicut prohibita, est dispensatio, & abrogatio legis, & p̄ceptis vi, quo ad illas subditis actiones, vel omissiones p̄ceptas, & cum qua p̄cepta, & leges, quoad eas actiones, vel omissiones perfite repugnat, perindeque sunt, ac si non essent, ac fuissent: atque præfinitiones ad materialē peccati sunt voluntates efficiat, Superioris, & porrectas summe, ex parte sua, ut actiones illas omnes, que nobis fons p̄cepta, ut prohibitus, alia à nobis sunt alia à nobis non sunt, vel omnianter ergo leges, & p̄cepta omnia præfinitionibus ad materialē peccati euacuantur prorsus, & euaneantur, sive si non efficiant, nec fuissent: quare & præfinitiones illas ad materialē peccati veris p̄ceptis & legibus à Scriptura hoc vniuersitatem loco, alia vero pluribus singulariis affectis aperit repugnant. Confirmatur, qui non solum ex parte voluntatis Superioris fieri deprehensum, ut hic, & nunc actio, vel omisit alias nobis p̄cepta, vel fiat vel conseretur, sed prædictum solum conjectura Epikcia, ac interpretatio a nobis collecta, & indagata p̄ceptum de opposito debilitat p̄ficiat, & euacuat: Denique imprudentia, & plane demissilimus Princeps, & Legislator ille

esser, qui aliquid vel p̄cepteret subditis, vel pro libet, & scilicet se illis in omnibus, & singulis occasionibus vel diſperſaturum necessario esse, ut prohibita agerem, vel p̄cepta omittent, nedum sciens se efficaciter volitum, & que ab ipsis irrefutabiliter præfinitionum, ut ita agerent, vel omittent: atque admissa necessitate diuinarum præfinitionum ad materiale peccati, scilicet Deus se non dispensat, sed voluntate sua efficaci à nobis irrefutabiliter præfinitionem per singulas, & omnes occasionses à nobis sunt cuncta, que prohibet, & omittuntur cuncta que p̄ceptit: Ergo demississime, & præfinitionum suarum necessitate admissa, legibus ac p̄ceptis suis p̄cepteret aliquid, aut prohibiter: ergo præfinitiones ad materialē peccati legibus, ac p̄ceptis à Scriptura assertis aperit contradicunt, & repugnant: ut hoc argumento propositumus demonstrandum.

3. Arguo tertio ex illo Isaiae 30. *Ve filij defortores dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me, & ordinem relam, & non per stirram meum, ut adderis ius regatum super peccatum, & Olœa 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me.* Prime enim filij defortores, actionibus suis falso dicentur, si à Deo, cuncte necessaria præfinitione, ut recte agerent vel omittent, imo, ut male agerent præfinitione, & efficaci Dei voluntate independenter prorsus à sua libertatis vnu prauo: sive abusu deforti prius sunt, ut supra expendumus num. i. initio: imo, quo iure Patrii defortores Filii, à Deo appellari possunt, qui ita agunt, ut ipse fieri ab ipsis efficaciter vult, & ab ipsis irrefutabiliter fieri præfutur, ac proinde eius voluntati in eis actionibus & omissionibus ostenduntur item de suis cōsiliis, & ordine relam actionum suarum, & regnandi, (que dubio procul materialē peccati sunt,) ex se eile Deus negat: ubi voluntates efficaces sunt, sive præfinitiones materialē peccati sunt, ut ab eis sunt, exprefit negat: & id quidem aduersarii fatentibus, qui, & si formata peccati ex Deo effugent, affi materialē peccati sunt actiones prohibitas, ut à nobis factas ex Deo, & tanquam causa, effe affirmant, neque villarent postulat negat: quod si dicant: Deum non negare actiones illas, etiam, ut à nobis sunt, & materialē peccati sunt, ex ipso volente efficaciter, & p̄ficiente, ut ita à nobis sunt, negare tamen ex ipso, ut p̄ceptente vel adhortante, ut coniuncte solum. Vti Hierem. 19. dixit: *Adiaceauerunt ex te isla Baalim, que non p̄cepit neque locutus sum Rei potius fane, quod inuatores harerit de præfinitionibus diuinis ad materialē peccati dogmatiscentur eis, & similibus Scripturæ locis respondunt, neque tamen à Catholicis audiuntur, neque à Conciliis, ut coruim degma de ciuitatibus præfinitionibus non damnetur: quod insuper refutatur, verbis inimicitate sequentibus hinc: Negare ascendenter in cor meum, id est voluntatem, faltem & iudicium, & consilium aliquod approbans, iuxta Scripturam phrasim vulgatissimam, Marci 2. & Luke 24. Quid turbati es? & cogitationes asidunt in corda vestra? Et illud, ut quid cogitatus mala in cordibus & aliis in veteri, ac novo Testamento sexcentus eademque phrasit id ipsum Hilpan, quod voluntati nostræ minime placet, sed potius valde aduersatur ita explicare solemus. No me pasa, ó a pasado por el pensamiento hazer que se haga tal cosa: ac proinde loci Hieremias sensus est: Ut adiaceauerunt ex te isla Baalim, neque p̄cepit neque locutus sum, ne dum voluntati autem excellorum illorum edificatio à Iudeis, ut ab eis, materialē solum, non autem formale peccati, sunt superaddita malitia, (vnde cumque) sit, eo loco omnis Dei voluntas ex parte ipsius, seu quatenus ex ipso est, nec solum efficax, ad materiale peccati, ut à præfinitionibus aliter, omnino à Deo ablegatur.*

4. Quarto: Deus nullo modo inducere, suadere, tentare nos ad prauas actions potest: ergo neque eas præfinitre, ut à nobis sunt: ac subinde ad illas nos præterminare. Patet consequentia: siquidem irrefutabiliter à nobis, & inevitabiliter præfinitione Dei, & physica prædeterminatione, ut operemur, fortius longe, ac vehementius, ac insuperabiliter inducimur, impellimur, adiungimurque, ut actus apponamus prauos, ut à nobis apponit præfinitione à Deo est, quam alio quouis modo tentationis inductionis, & maliciudo consistit, & intigatione, & tentatione, sive à dæmoni, sive à concupiscentia nostra falſo & amico. Antecedens confat ex illo Ecclesiastice 15.

Non dicas ille me implanauit: Sive, ut Augustinus legit de gratia & lib. arbitrio cap. 2. indixit 1. ad Galatas 4. perfusio hac. (de circumcisione eiusque necessitate Christianis) non est ex Deo, qui vocauit nos Iacob 1. cap. Nemo cum tentatur dicas quoniam a Deo tentatur, Deus enim intentator diftentator (vt sic dicam) malorum est: ipse autem veritatem tentat. Scilicet noxia tentatione inductionis, secuvi probatiois, vt sepe Augustinus ait de bono perfeuer. cap. 6. post mod. de confessu Euangeliit. c. 30. ante medium quart. 7. in Genes. & 4. Hyponot. ver. 1. glos. Beda & S. Thom. in eum locum. Dices tentationem, & inductionem moralem. solum & intentionalem obiectuum per intellectus propositioinem esse; non autem physice impulsuum, quae in Dei praedestinatione, & physica praedestinatione ad actum praevarum est: Sed contra quia subdit Iacobus: vngnusque vero tentatur a concupiscentia sua, cuius impulsus, non intentionalis, & sua foria per cognitionem est, sed physica aetuitate, & influxu. Secundo, quia qui licet potest aliquid efficaciter intendere, potest licet velle dare media ad illud, dummodo ex fine praevario non vicit horum voluntatem; vt non viciaret in sua foria, moralique inductione, & consilio operis praevarum ad quod illa media sunt, ac proinde suggestor & moralis inductor licitus, & tentator ad praevarum opus esse posset, si posset hoc a nobis intendere, & efficaciter praevarire: quod blasphemum est ait abet Petrus Apostolus apud Clem. Rom. 3. Recog. post mod. Simonem Magum his confutans: inquit, quidquid cogitamus Deus nobis adducit ad mentem quid agit in hominibus blasphematis. &c. Ipse ergo nos cogitationes adulterii suggestor, & auaritia, & blasphemia omni que luxuria desinit que ab huiusmodi blasphemis. Praefusa indumentum Recentiorum aliquot soluto, vt Deum a cauilitate peccati exulet, & a malitia tentatoris. Autem enim causam moralem, qua per confusum, & suatum actioni, causas causa est: cetera causam physicam, vti est Deus praedestinatione praevarum materialis peccati; sed ostendimus Deum, h. ita praevariat, causam consulente, & suggestente est vel factum posse. Secundo, quia ignem applicat domum combustionis eius causa physica, ac non moralis est, & tamen teneri de incendio culpa annexa ergo vana est ea distinctio. Item potest quis confidere actum coniugalem ad filiorum suceptiōnem, quorum generationi annexa est originalis culpa: nulla ergo ex parte causandi, vel suadendi, vel physico influxu & actione differentia, vt moralis causa, & cui annexum malum tribus debet, censetur; sed tantum, an alterum in fluxum in actionem praeberet: & annexum ei actioni malum per se sit, an solum per accidens in eis, vt proprii ceteri fructus, & coniugali generationi contingit, vt recte August. 3. contra Iulianum cap. 9. respectu Originalis peccati dicens: Non est fructus corporum, & sexuum commixtiois, quorum bonorum auctor est Deus; sed prima praevaricationis, cuius auctor est dia-bolus. Cum ergo, & actione praevariae per se, & ut proprii fructus, malitia, & peccatum annexa necessarii sunt: & ad eam physice praedestinatione praedestinationis apponendam, ne ex munere quidem cause primae tentare Deus, vt vidimus Ioseph, ac videbimus: physica etiam eius causatione moralis causa annexa malitia & peccati, & cui, vt tali, imputentur erit Deus: sicut imputanda docet Augustinus originalia, si corporum (quorum causa physica Deus est) illa fructus essent.

Dices secundum: ea intelligenda esse non de inductione, & tentatione ad materiale peccati, seu praevaras actiones physice a nobis ponendas, sed solum ad formale, seu malitiam moralem eorum. Contra primo, quia reliqua capiuntur, & ferre epistole totius enumerans ea, ad quae a domino, atque concupiscentia tentantur, atque a Deo tentari & induci nos negat, folias actiones praevaras recensit, iras, contentiones, litigias, multiloquias, murmuraciones, & similia: & quidem nil aliud a nobis concupiscentia Diabolus vnde suis tentationibus, & maleficiis cogitationibus obinet, suadet, & quam, vt actione prohibite a nobis sit, vel praecepta omittatur. Dices tertium, ad propriam tentationem, & inductionem ad peccatum requiri, vt materiale peccati suadatur, ad idque

infligemur, & inducamur ab aliquo ex intentione malitia, seu formalis peccati, vt a domino inducimur, & tentamur; quod fieri a Deo nequit. Contra tamen, Quia concupiscentia, a qua tentari, inducere nos ad peccatum Iacobus ait, malitiam formalem non intendit; nec amas, qui mulierum tentant, dubio procul, prudicitam, aut pellices etiam perditissime, quae vitos ad venerem tentant, inducunt, & pelliciunt, aliquid ab eis malitia moralis expressa praeceps veneros intendunt; tamen, quia eis annexa inseparabiliter malitia moralis est viritute, & interpretari vnde eam velint. Item, si contentio ad propriam tentationem, & inductionem requiritur, neque Euia Adamum, neque Egyptia Domina Iosephum tentauit; sicutidem Euia elum; hoc vero con-gressum venereum prohibitum, non autem malitiam sua intentionibus sibi intenderunt.

6. Tertio si, tam haec, quam alij omnes, qui homines ad actiones malas sollicitant, inducunt, & tentant ad peccatum, abolute tentare, inducereque abolute dicuntur, quia ea nobis fieri volunt, & laudent, quibus conexa inseparabiliter, & inequivocabiliter malitia moralis est: ac proinde eorum voluntas, & suatio expresa, malitia illorum virtualis est, & interpretatio voluntas, & suatio: ergo, & Deus praemittens, ac, non virumque, sed efficaciter, volens materiale peccata, sive ut actionem praevaram esse, & vt actiones prohibita a nobis sit, quibus inseparabiliter malitia moralis annexa est, ad malum & peccatum non potestissime, & irreducibiliter abolute contra Iacobum, & testimonia tentare, illudque abolute vellet, atque, vt bene Caieranus, voluntate illa interpretatio virtualis, fatus est, vt peccatum abolute intendere diceretur: cum nec nos ipsi cum peccatum proprium velle, intendereque dicimus, aliter, quia virtualiter, & interpretari malitiam, volitione expresa, & formalis actionis praevariae, seu materialis peccati cui annexa inseparabiliter malitia est, intendamus ac voluntus: egregie igitur Beda his Iacobum commentatur. Nemo, cum rapinam falsum testimonium, homicidium, vel cetera huiusmodi (quae prae materialia peccati sunt) commiserit, dicit, quoniam Deo cogitare necesse habuerit hac parvare: id est nullatenus horum effectuum declinare potuerit. Ac si dicit: non aliter Deum tentare non esse posse aqua Iacobus dicitur: ab eo inductionem omnem maximam necessitatem nos ad materiale peccati ab ipso remouendo. At inquit: si tentare nos Deus nequit, cur a Christo Domino te Patrem docemur, ne nos induc in tentationem, stolido enim ne faciat peccatum, quod fieri ab ipso nequit. Harencio solum digna oppotit, qui Deum tentare, ne peccatorum contra statutum dogma teneri afferre. Relypondit tamen August. 6. de bono peccare, hac ceteri loci periphrasi. Ne nos inferni sanguis cor-orient nonnulli, & legitur in Codicibus pluribus, & his sic posuit B. Cyrianius, ne patiaris nos induci in tentationem. Confirmatur argumentum ex 1. Corint. 13. Fidelis autem Deus est qui non patiatur vos tentari (ab alio adhuc) supra id, quod possum, sed facit etiam cum tentatione prouentum, vt possit sustinere, qui ergo Deus, qui vt fidelis Deus, id est fidelis hominis adiutor, sit, ab hoste vincatur tentatione, ab alio ultra eius inferri vires non patiatur ac proinde vires ad resulendum auger pro magnitudine tentationis nos ad materiale peccati, ad quod solum in tentacionibus alius die recte inducitur, praevaricatio praedestinationis inducatur, atque a nobis irreducibiliter impellit, qui fidei adiutor nostri muneri deficiat, ac non tentat pizzi, pizzi nostri, & hostis habetur.

7. Quinto arguo ex 1. Ioan. 2. num. 15. Nolite diligere mundum, neque ea que in mundo sunt: quoniam omnia quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbiae vita. Hec autem omnia praevaria voluntatis affectionem solum continent, & patet. Quia (subdit) non est ex parte Patris, sed ex mundo est: est autem ex parte Deo si eas nostras actiones praevariae & affectiones ipsa Deus praevariat, vt a nobis fierent, atque, vt ita fierent nos irreducibiliter ex praevarione efficacique sua voluntate praevaricatio praedestinationis inducatur. Confutatur ex Ioan. 8. vbi Christus Dominus. nos faciunt opera, & Pater, cum

V T huius argumenti robur innoteat dogma Catholicum, aucthorum etiam haereticis indubitatum, statuendum in primis est, ne quis potest hoc vi illationis actus, & conclusionis affirmativa p̄a concepto amore præcepis in haereticum ruat. Deum igitur formalis peccati, ut peccati absolute talis causam non esse, neque esse posse dogma Catholicum est: eiusque oppositum haereticis aperta. Hoc definitum est à Tridentino recitato a nobis q. 3. certam, t. n. 2. & certam, 3. n. 8. atque item iam pridem a Synodo Constançopolitanæ 2. genet. y. constat ex eodem cert. n. 1. Acrusis ab Araucano 1. & Valentino 3. eodem num. 8. recitatis, contans aucthorum omnibus est, imo hoc, ut minimum traditum a S. Petro contra Simonem Magum, reliquias Pontificibus, & Patribus tota q. 3. prædictis, evidens ac perspicuum eisdem etiam aucthorum est: quia (tamen falso) eos de peccato absolute tali, ciuile formalis: non autem de materiali peccari locutus fuisse contendunt: nec alia aucthorum benignior interpretatio sive Conciliorum, sive Patrum ex cogitari potest: quare ea omnia cettimonia hoc dogma exp̄e confirman, solum addo celebre illud pro hoc dogmate Augustini testimoniū ex 7. Conciliorum c. 3. quod sic habet. Non tenebam explicatam enodatam causam malitiae, quacunque tamē efficiat, sic eam querendam videbam: ut non per illam constringeret Deum incommutabilem (ad malam) mutabilem crederet: ne ipse forem quod credebam: itaque securus eam quererem. & certus non esse verum, quod illi (Manichæi) dicerent, quos rōto animo fugiebam: quia videbam querendo unde malum reperiebat, quia opinabatur, tuam positis substantiam male pari: quam suam male facere. & incedebamus, ut cerneremus, quod audieram, liberum voluntarii arbitrii causam esse, ut malum faceremus. Id sapientius docuit Augustinus locis datis q. 3. vbi alii etiam Patres, quos omnes de materiali peccati, ut proditiois Iudei, cupiditatibus, & defideriis ac voluntariis prausiis eius propositionis exempla adhibuisse vidimus: quod notatum volo ad vim iam efformandi argumenti clarius ostendendam.

2. Argumentum sic: Deus præfinitio prædeterminatiæ materiale peccati causa materialis peccati est, etiam per aduersarios: ut nequit esse causa materialis peccati, quia formalis eius & absolute peccati causa sit: ergo Deus præfinitio prædeterminatiæ materiale peccati ex causa formalis eius & peccati absolute contra dogma Catholicum præfixum. Minor probatur primo: quia, ut supra testigimus formalis peccati & peccatum re ipsa absolute talis, & seculata fictione confiderationis nostræ, eti' rationis signum, nihil aliud est: quam materiali peccati, quod aduersarij vocant, sed implicat re ipsa ciudem, sive realitatis, & entitatis ciudem (ad quam solum physica realis, ac vera causa physica actuuntur, & causalitas esse potest) causam esse, & non esse causam realis: ergo implicat Deus præfinitio prædeterminatiæ materiale peccati esse huius causam realis, ac non causam vera realis formalis eius, sive peccati absolute talis. Maior (que sola probatione videtur egere) probatur ex Tridentino, & Patribus, qui eius dogmatum, quod scilicet Deus causa peccati non sit, exp̄la adiubent in proditiois Iudei, & cupiditatibus, voluntariis prausiis & que materiali peccati ipsissimum sunt, aduersarii fatibuntur: ergo materiali peccati seculio & formalis, quod mens nostræ materiali appingit & rationis effingit idem ipsius veræ, & realiter, quod formale seu peccatum absolute est Patrum & Concilij sententia. Patet consequentia: aliquo, dum Deum peccati absolute causam esse non posse aiunt, male in materiali peccati exemplum adhibent, si ultra materiali, reale aliqui formalis peccati, sive peccati absolute tale includeret. Probatur secundum ratione: quia, si à peccato absolute tali omne rationis non sit signum, dum formale, ut quid vīum, & rebus quae in peccato, sive omissionis, sive commissionis intercedunt, superadditum secludas: idque solum, quod re ipsa est, dum verè absolute peccatus, confidere: solum inveni.

ggg nica

nies prohibitionem legis, sive naturalis, sive positivae, iure alterius diuino, vel humano, eiisque aduterentiam per rectum rationis dictamen, & indifferentem operatur voluntatis, & creaturæ rationalis potestate (quam præsumptione posita perstiter adutaris nunc damus,) & his omnibus præsuppositis efficientia actus, & operationis ut à creatura: aqui hoc totu, & solum, nihilque aliud formale peccati, & peccatum absolute tale omnino est (in aliud quidam, quod re ipsa, ac seclusa rationis figura formale peccari sit, vel peccatum absolute tale veteris claudat alijna) ergo re ipsa, ac seclusa fictione, idem ipsum nihilque aliud formale peccari est, nec aliud quidam peccatum absolute tale claudit: quia de actione, sive de peccato commissione dixi, de omissione peccato, sive omissione actiones præcepta codem robore probant, & que de illa dicimus de hac sequitur, ut minimum, probant.

3. Sed, quidquid de hoc sit, illud tamen extra omne dubium etiud fecit, quod supra actionem nobis prohibita hic, nunc ut à nobis elicita sive supra materiale peccati eius formale, ac proinde peccatum absolute tale addit, non aliter vere fieri, absoluere: caufer alioquin ergo agere posse, quam causatione, atque effectione vera, & reali actionis physice, prout à nobis, quisvis prohibita est sive reali vera causatione materialis peccati: at per hoc se Deus præterminatæ præsumtæ actions ciuimod, ut à nobis sunt, & hic & nunc sunt, sive materiale peccati est propriæ directæ & per se caufer earum, hic, & nunc à nobis sunt, sive materialis peccati, ergo est caufer formalis peccati, ac proinde peccati absolute talis. Major probatur facile, quia, quidquid formale peccati, quo peccatum absolute tale complear, supra materiale addat, id tamne necessaria, & inquietabiliter conatur ad materiale, ut, nec Dei potestati subiecta, ut post semel materiali peccati sive actione prohibita, prout à nobis, formale peccati non agnoscat, & peccatum absolute tale non sit. Hoc vel adutaris ipsi faciuntur. Addo (quod ne illi quidem negare possint) non solum actione libera ultra positione materialis peccati, neque physice diversa à positione materialis, esti necessaria, & inquietabiliter formale peccati apponi à nobis posse, sive eam simplicem emanatione, sive alia quavis voce donare velis: quod magno, ac firmo argumento est realis indistinctio formalis peccati à materiali ipsius, solumque ratione nostra ratiocinante, & puro figura, sive materiale peccati à materiale distinguunt, ut prima consequentia probatio dicemus. Sin minus ostende, ac ediscere nobis, non liberam quidem, sed physican, sive Dei, sive hominis, sive alterius, quem malis, actionem ultra terminatum ad materiale peccati, quo ad formale, sive peccatum absolute tale constitutatur, terminatur: eadem maior, atq; ei immixta subinde consequentia est expressa S. Thom. q. 3. de malo a. 3. corp. aienis: Peccatum non est forma sed actus unde illud per se potest esse causa peccati, quod potest mouere directe ad adam peccati: & 1. 2. q. 80. a. 1. Peccatum actus quidem est: unde hoc modo potest esse aliquid directe causa peccati, per quem modum aliquis directe est causa alicuius actus, quibus similia deducunt ex ipso 1. 2. q. 25. a. 1. sup. q. 3. cert. 1. n. 5. fine. Atqui per vos Deus præsumtæ materiale peccati prædeterminatiæ, directæ, & per se est causa actus nostri, etiam, ut à nobis: ergo & est causa peccati. Ne vero ex universalis, & necessario Dei concurrit, & voluntate cōcurrenti ad omnem nostrum actum quæ 9. 70. a. 2. admittatur, in ipsum vel in nos regeri argumentum posset praecausum q. 8. a. 1. ad 3. scribens: Dicendum, quod Deus est uniuersal præcipuum omnis interioris motus humani: sed quod determinetur ad malum consilium voluntatis humanae, & à diabolo per nos præfudens, & appetibilia proponens. Quibus Deus directam causam actus præauit, ut à nobis, negat, ne principium suum contra ipsum possit inferre. Deum peccati esse causam, & authorem, & sive eo articulo corpore ait: non aliter alicui imputari, ut causa malitiam, & peccatum absolute, nisi, quatenus mouet voluntatem, & interioris inclinat ad agendum, & volendum: quod in præsumptione horum sententia agit Deus, & creque tener ex efficacia præsumptionis imaginatiam, & appetitum excitando & fundas boni delectabilis cogitationes, sine quibus materiale peccati præsumt obtrinere à nobis nequit: non agit amplius aliquid, ne plufulcum solum; cum non vtrcumque inclinet, ac moueat, sed irresistibiliter ad agendum prædeterminetur, unde ei possum, quam voluntati creare, & peccati caufer tribui

debet: siquidem Dei solius est omnino libere, & cum potest, ab omni necessitate absoluta ponit actum, cuius invenit, & ex intentione ipsius, tanquam à causa principali præmouente, ab homine vero tanquam, tanquam ab instrumento præmoto, ut adutaris volunt, actio, vero instrumento, sed principali agenti illud præmouenti potius, principiisque tributum.

4. Respondebunt primò: Deum, causam quidem physican malitiae peccati absolute esse, non autem moralis, sed in primis solio hæc est contra Pares, & Concilia, que uniuersim Deum causam esse malitiae atq; peccati negant, quare, & omne horum causalitatē à Deo ablegant, maximē physican, que præcipua & aboluta talis est; cum tamen moralis causalitas solus secundum quid, & imitativa causalitas sit, quatenus aliquo modo ad physican causalitatē, & operatione motione intentionali nos inducit, in propositione autem negativa prædicatur absolute, & propriæ talis remouentia necessitatō à subiecto, ut secundum quid tale non remouatur quandoque: ut in his Aethiops non est albus, ut quo album absolute, & proprie tale necessari negatur, ac remouetur, & non autem album secundum quid, sive secundū dēcessus & de imagine Cæsaris verē esse hominem negamus, & si imitatur sit, & secundum quid homo; alioquin, quia Deus ens rationis, & secundum quid non est, non esse ens dici absolute posset, ergo Physican causalitatē malitiae Pares, & Concilia negant. Secundo moralis imputabilitate malitiae, & peccati causalitas moralis, de qua hic, physican necessari conetur: et enim, qui causa realis physican malitiae, & peccati sit, ipsi tanquam causa cui impetratur, ac subinde tanquam cause moralis attribui certum est. Siquidem nos, non aliunde peccatum nostrorum, & malitiae causa moralis, & quibus tanquam causis, malitiae, & peccata in genere moris impetrant, inuenimus, nisi, quatenus ex physica nostra libera eliciuntur malitiae, & peccati absolute tale, à Deo præterminatiæ præfuturum, quam à dæmoni existante phantasiæ, appetitum, & maleficiis boni delectabilis cogitationes, & tanquam causa moralis, & cui malitiae, & peccatum moraliter, & in genere moris diabolus certetur: ergo multo magis Deus. Dicemus causam nostram peccati, & malitiae, ut contra physican distinguatur, cum soli dici, que moraliter, non physice etiam illam caufer contra rem quæ ex hoc feditatem impuritatatem malitiae, & peccati nostri: Deo tanquam causa & principaliori causa non minuitur sed augeratur: enim, qui solum contigit, horatu infigatione, præcepto, que omnia, & minus longe, & inefficiuntur, & mediatus, & indeterminatus, nostram voluntatem minimè ligant, ut malitiam, & peccatum apponat feditatem huius in eas causas morales refundit: minorē longe refundet feditatem in Deum physican causalitatē, determinatus, fortius, immediatus malitiae, & peccati apponent præfuturum, & prædeterminatio, & ad illos determinata, ut nulli ad vias alios, quā malitiae, & peccati apponit, posset inferre, & quia non possit nisi in media voluntate (elio liberè ut contradictione contendit) apponit. Secundo, nec fatales, qui per stellarum infinitum in actiones præauit, & peccata causalitatēm docebant, illi vel eius, vel stellarum in hac moralem admittentem causalitatē, & tamen à Pateribus, & Concilia damnantur. Tertio, si influxum hunc physican in malitiam, & peccatum nostrum, & feditatem in genere moris causalitatēm, & peccatum, non potest, tamen, si malitiam, & peccatum etiam iuxta hanc solutionem prædeterminatio Deus præfutur, & caufer ad male suadas boni prohibiti delectabilis cogitationes, fine quibus, nec actio præauit, nec malitia tandem de peccatum apponit queunt, ex ea intentione, & præfutur, & cogitatione cognitus Deus: sicut ex intentione quibus effectu ad medij necessarij intento efficaciter obiecto obtinendo cognimur omnes, quare ex præsumptione, & causalitatē, admittenda etiam in hac eadem moralis causalitatē solutionis infigationis & in Deo erit.

5. Si autem recuras ad causalitatēm moralēm priam legislatoris, & præcipientis, que Deo responsum cum prohibeat expelle, & actiones turpēs, ac ininde

malitiam eorum, & peccata in primis: moralem etiam cau-  
salitatem infligitoris, & suauitatem horum in Deo hac solu-  
tione non excusat. Secundumq; v. q; ostendimus praefatio-  
ne hac necessaria admissa, cum hic, & nunc impius operat-  
ur, & peccare ab solutore dicitur nulla extat vera lex aut  
ceptum, cum per hanc supremi rerum Domini, & Arbitrii, ac Principis Dei efficacem de opposito voluntatem,  
sit lex omnis, vel actionem prohibens, vel pricipiens omni-  
nimo abrogata, in modo vero, cum Dei, quatenus ex se est, ferio-  
& ab solutore concepta voluntas, prima, ac principia regula,  
& lex nostrarum actionum sit, et ea quae de actionibus piauis  
hic, & nunc exercendis, & iuxta hanc solutionem de pec-  
catis admittendis ad sit, non solum filii legis de opposito ab-  
rogatio, verum, & de his admittendis lex Dei, & praeceptu

effaci præfinitionis à voluntate eiusmodi fieri prædeterminatiæ præfinitur, & cauatur: ergo & ultimum fundamentum, eu materiae peccati formaliter, nec solum materialiter sumpturn, cauatur à Deo: sicut, vt quæ defectibilis in actu primo creatura est, materialiter, & ultimum fundamentaliter deficit, & subinde malitiam formaliter, & peccatum ab solute incautibilitate materiali illi exercito apponat. Confirmatur ex causalitate absoluta Dei in materiale formaliter sumpturn, & ultimum fundamentum bonitatis operis boni, atque in bonitate ipsam, & opus ipsum bonum: qua ea solum ratione horum sententia à Deo cauatur eique, vt principali causa, & auctori tribu dicuntur; quia ea fieri à nobis prædeterminatiæ præfinitur.

## CERTAMEN II

*Euasions alienæ quæ Deum in peccati causatione à culpa excusant.*

non excusaretur. Contrâ secundâ: quia, & si Deo, uti summo omnium Domino, & Princi lex imposta ab alio non sit nec possit imponitatem ipse sibi omnis rectitudinis lex est, acut ut Zwinglius ipse conceperit verbis ait: *Quod nobis lex est, Deo est ingenium, & natura, aquifidius longe est sapientia sua dictaminis recte, & immutabili, fibique, & natura sua, quam legi alterius recte repugnare: ergo exemptione legis sibi imposta ab alio Dei prauo operis cauitatione, non excusaretur deformitas, sed augeretur: sapienter enim Tertullianus, aduersus Marcion, cap. 7, vbi poftquam dixit Deus non impediti homini datum libertatem ad fruendas res addit. *Fruidas autem, quantum in ipso Deo est: Secundum ipsum Deum id est in bonum, quia enim aduersus se permitteret (ex se ipso veler) aliquid? nedum ipse est efficaciter veler, & cauatur. Quid si Deus, quid contra rationem, & honestatem facere, velleque posset, cum Deum, legibusque subiectam exemplum non esse, sed creaturam, legibusque subiectam probaretur. Recte enim Anselmus, lib. 1, cur Deus homo? cap. 12. *Quod Deus vult insum est: non ita intelligentiam est, ut si Deus velit quodlibet inconveniens, insum fit, quia ipse vult. Non enim sequitur, si Deus vult mensiri iustum esse mentiri: sed potius Deum illum non esse. Nam nequam potest velle mentiri, nisi voluntas in qua corrupta est veritas; legiisque subinde non mentiri subiecta. Contra tertio: quia neque altero titulo Dominij rerum omnium eam turpitudinem potest Deus abire, si causa sit, vichomines prauo operetur, ac peccente, sicut nec Paterfamilias, ac Herus, si filium, ac famulum aliquid, debiti obsequi, & opere alias, hic, & nunc, non nisi contra legem praeftante, cauſa foret.***

2. Secunda folioli sumitur ex fine, qui Deo ad praeſuſionem prædeterminatiam materialis peccati, cuiusque, & malitiae subinde, & peccati nostri absolute cauſationem non vult tantum sed multiple honestissimum est. Quare, inquit aduersarij: cum, non tam ex peraſta, quam ex fine, & motuſi perfici honestas actionum debeat: Deus sceleris nostra cauſa, non tolum abſque villa turpitudine, sed cum summa honestate censendum erit. Solutio etiam hac hereticorum præfitorum est. Calvinus inſtruit aduersarij, libertinos c. 14, ait: *Magna est differentia inter opus Dei, & opus impy. cum Deus ex opere instruſit. Impius enim sua auaritia, aut ambitione, aut inuidia, aut crudelitate incitat ad facinus suum, neque alium finem spectat: id est ex radice illa, id est ex animi affectione, & fine, quem spectat, opus qualiterum sumit, & merito malum iudicatur: Sed Deus respectum omnino contrarium habet: nempe, ut iustitiam suam exercet. Rufus: Negamus Deum malum esse Autorem: quia in hac voce certa est notio prauo affectus: maleſicium enim affinatur ex fine, quo quisque tendit. lib. de zetra Dei p. 26. & opusculis editionis Genesii anno 1552. pag. 946. Ergo, cum iusta de causa, licet nobis ignota, (vt dixerat pag. 917.) a Domino procedat, que scelerate ab hominibus maleſicia perpetrantur, etiam si rerum prima causa sit eius voluntas, peccati tamen eum esse Autorem nego. Theodor. Beza reſpon. ad Sebalt. Cattellion. refutatione col. 2. de Adami calu. Deus hominem conditum ad gloriam, cum misericordia, tum seueritatem suam declarandum, &c. Ideo oportuit Adamum condiſanum, & innocentem, sed quia sua fonte, & sine villa Dei culpa, iuris factu pateſceret viam aeterni Dei confitit, id est, cum misericordie, tum seueritatis ipsius declarandam oportuit ergo Deum quoque hanc unicam viam sibi aperire: id est Adami laſpura ordinare: sed ad eum, quem dixi, finem: qui, cum si iuſtissima, & sanctissima iustum quoque ipsius ordinacionem esse consequitur: ac rufus apud Stapleton in acta cap. 2. ver. 23, criminis lude, ac Iudacorum immunitate perpenit, ab illis, & tamen dicit Scriptura, candem constitenti excusationem ex bone fine eius verba Aphorism. 31. Inſt. tamen permitte: quod iusta iniuste agant: quoniam peccata quatenus a Deo nolente permituntur, (permisio ne heretica abſuſia, quia corum potius voluntatem & cauſationem admittit,) peccata non sunt, sed peccatorum pena iusta enim est coram Deo peccata etiam peccatorum veloci: sed iusta eadem actiones, quatenus a Sathanam, & a malo per Sathanam, & per propriam concepcionem folicitatis etenim deum peccata sunt. Melanchthon explicat, epist. ad Rom. cap. 8. Nam iusta mala que sunt (Iu-*

da etiam proditionem, cuius Deum causam dixerat,) ipsa ordinat ad suam gloriam. Sicuti ait Pharenius: in hoc ipsum excitaui te, ut offendarem in te maiestatem meam. Zwinglius ferm, de prouidentia cap. 6. *Quod Deus facit libere facit, alienus ab omni affectu noxio: igitur & aliquid peccato: ut adulterium David, quod ad Authorum Deum pertinet, non magis Deo sit peccatum, quam cum tamen totum armentum insitent, & impler: idemque tam ipse, quam alii intelligunt, dum ad iusta Dei iudicia recurant, tandem etiam euafionem tentarunt olim apud Epiphanius, lib. 1. cap. 38. & Tertullianus, de præſcriptionib. Cainani heretici afferentes Iudam ex præſcriptionib. & intentione fructus sua proditionis, bonum opus nobis fecit ad salutem: unde oportere nos laudem ipsi tribuit, quoniam per ipsum parata est nobis crucis salus. Ex quibus claret, quanto longe a Catholiticorum membris debet huius solutionis doctrina, que tales parentes habent, & Patrinos, sed eius tamen periculum & fatigare ostendamus, ut antiquorum, quorum undam errorum, refert. S. Thom. i. p. quæst. 19. art. 9. q. 1. cui ea voleant defendere, Deus velle mala culpa esse, vel fieri: videatur Hugo vi. tract. 1. sum. cap. 13. ait: *cum viderit Deus alia, quia in se mala, & ad alia longe, volunt ea esse. Quid cum melius est esse, an qua sunt in se bona tantum? in aqua, & si non sunt bona in se, tamen ad alia sunt bona: ut utique quod ad alia sunt bona: Non autem concedimus, ut vult ea esse, quod vult ea: Quod potestrum non facile capitur, & quoniam negat, ut vidimus hic, & quæst. Deum velle, & cauſare vito modo peccata, quod pīma confutatur, Magistru preſeo Hugo nomine in 1. d. 46. §. 11. & ab Scholasticis ibi: inſper in codem erat fuisse, videatur Caiſianus collat. 17. Abb. Ioseph cap. 17. ut inde utique ad cap. 26. mendacium ad alieis viam tuendam licet statuerit; cum tamen, & à Patrīis obideſe refutatus, & oppositum si iam in Ecclesia debūrum.**

3. Probatur vero finem bonum non purgare à turpitudine actionem malam, non circa illi. ad affectum, id axioma Theologicum fert: *Non sunt facta mala, si eueniant bona: ac proinde furari, ut elemosynam ligatur, & remini licet: nec mentiri, ut proximi vivat: nec miracula fingere, ut Deus laudetur. Secundo probatur ex Innocentio III. c. Super o. de vitiis dicunt: [ Cum vitiarum crimen virtutis testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus: quia, cum Scriptura prohibeat pro alientis vita menci, multo prohibentius est quis, pro redemptiva vita capiū viarum criminis incolulator. ] Posset rem, dubio procul, displicari, ut posset ex bono fine vitiare, aut mendacium malitiam exire, ac inducere honestatem. Terterio sceleris nostra iustitiam Dei commendatur contra Paul. ad Rom. 3. [ Si autem iniqutus nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniustus est Deus, qui infert iram? Absit. Alioquin quomodo iudicavit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc ergo tanquam peccator iudicari? Et non sicut blasphemari, & siue autem nos dicere quidam] faciamus mala, vivant bona,] & cap. 6. [Quid ergo dicemus? Manebamus in peccato, ut grata abundet? Si enim mortui sumus prope, quomodo adhuc viuemus in illo.] Non enim prope, ut Dei gratia magis splendere, ac abundare, peccator inſisteret, ac in eō maneremus, cuius testimonij nomine ita exposuit Chrysologus serm. 13. [Siquidem Mōdicus non vulneri, sed cura proficit ac fatui: uer meo, sed foli congaudet illi sanitati: ita Deus non ad multiplicanda, sed ad delenda delicta imbreuius pītare intendit:] Quibus verbis aliud etiam certam, feſperneſque quendam contra eiusmodi præſuſionem arguitur. Eft autem virtutis testimonij ratio, et solum, que per se, & directe mala non sunt, ac subiecta gloria Dei per se possunt inferiuntur posse ex eius fine, & intentione fieri, arque ad illum honeste ordinari. Quod vero per se, & directe mala sunt, ac proinde Deo, & gloria aduersa, (vt hic & nunc propter à nobis extenu actiones prauo, & peccata,) & si per accidentia ex eorum posteriorum occatione Deus speciali ordinatione lapidari, & prouidentia sua bona plura, & gloriam suam possit ducere.*

ducere; aut nec fieri, nec intendi posse antequam sint, auctor: id quod inde constat; quia bona, ad quæ Deus felicitatem à nobis posita ordinat, sunt, vel ad destructionem, & dispergientiam de illis per peccatoris penitentiam, vel humiliatem, vel iustitiae iuxta; in illis puniendo, offendit, vel ad deterrendos alios ab actionibus similibus: quare scilicet expositores ad primum Pauli locum eam rationem reddunt: quod per accidentem, ac non per le (sic malitia actionem prauam) sequatur: in his S. Thom. fuit sic ad rem præsentem fatus I.p. quæst. 19. art. 9. ad 1. Nihil iudicatur: secundum illud, quod competit ei per accidentem, sed secundum illud, quod competit ei per se: camque ratione ad eum locum Pauli supponit Chrysostom. Occum, Theod. Anselm. Ambr. & alii Patres aientes: homines per peccata, nequum glorificare, necesse glorie Dei causas, & authores, neque veritatis, & iustitiae, nec ad eas proficeret: quæ de causa per se, solum, vera sunt: ac proinde aet ob illam esse perpetranda: quarto Euseb. 15. Non enim necessary et (Deo) sunt homines impy: ad nullum feliciter finem: cum tamen, si per se ordinabilis ad gloriam illorum, vel penitentiam, vel remissionem, vel supplicio, caprandam forent, & forent ad cum finem necessarii Deo: cum tamen, nisi ab impiis, possim peccata apponi S. Aug. lib. contra mendac. c. 7. sic fatur: [ea quippe opera hominum, iuxta causas habuerint bonas, seu malas; nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt per se ipsa peccata: cum vero iam opera ipsa pœna sunt, si cum farta, stupra, blasphemia, vel cæteræ talia: quæ est, quod dicat causa bonis esse facienda, & vel peccata non sunt, vel (quod absurdum est) iusta peccata sunt.] Sexto, vixit Ewalden, contra finitem antiquorum doctrinam arguit, id est, fiduci cap. 28. sub finem, quia Dei exemplo hoc agentes homines committendo futurum, ut inde parent elemosynam, & perpetrando peruersum, ut redimant mori-nim contra mandatum. Apofolii: etenim Dei hominibus opera, & voluntatem imitari honestissimum est.

4. Et hactenus dicta contra quenvis finem eis præsumtibus prædeterminatiis ad marceriale peccati, ac subinde peccatum, quod per illas vult, & causat Deus, apponat, ipsum à culpa reditare non purgare: nec glorie finem, communiqueret, tam ab hereticis, quam ab aliis præfinitione designatum. Nunc alii finis reificendus, nempce facilius faciunt muneris causam prime, quem eadem concordia Domini eam præfinitione cum hereticis deligit. Caius lib. de aeterna Dei prædicta, citat, edit. Genesim pag. 1552, aiebat, vt vidimus n. 2. etiam si verum prima causa sit eius voluntas: peccati ramen eum est auctor nego: quia viri muneri satisfacit fuit auctor peccati, quoad imputabilitatem moralem, auctor, & causa esse nego, cum muneri satisfacit suo: id explicet exemplo causalitatem vniuersitatis, quoniam in sublunaria exercet 1. iustitiae. c. 17. §. 5. scribens: unde quod in cadavere, quod calore soli, tum purificatum, non reficitur: Radix solis excisi omnes videntur; nemo tamen illis, (scilicet rados) facere adeo dicit: inquit cum in homine male subiecta mali materia: quod culpa, quid est, quod inquinatum aliquod contrahere potestur. Dicitur ad finem arbitrium uterius eius ministerio: quod iterum confici Calvinus putauit (inquit Belatir, supra c. 5. colam.) vt eodem vius exemplo eidem verbis poneatur instruere, contra libertinos c. 14. & epistola contra Pancratium illum libertinum: & quidem eodem folio, & in fluxus cali exemplo Dei in actiones nostras prauas concordum simultancum à culpa excusant Patres Hieron. in id Ecclesiast. 7. confidera opera, & epist. 150. ad Ediuiam, q. 10. med. aliquid Patres, quos supra recitauimus & S. Th. 1. quæst. 29. art. 1. corp. pluribusque aliis locis recitauimus quæf. 3. a. num. 3. Ceterum exemplum vt à Calvino inducit, è re non esse inde causa constat: quod ex parte voluntatis ante prædeterminationem, & influence, seu qualitate prauam Dei, nil, quod actionem prauam, & peccatum inferat continetur; sed à Deo determinatur ad illa; à concursu autem, & influxu solis non determinatur, nisi de se putridam iam, ac viciatum corpus ad factorem: siquidem calor idem, quem sol per se causat, poma, & aromata suauissimo odore fragrare facit, non fecere: quod autem, tēs foli causari determinat factorem illum corporis putridi, ipse

non feceret, non excusat à culpe factore Deum ipsum in nobis cauam: siquidem denominations intrinsecæ physice non tribuantur ex causalitate actiua eorum; sed ex formalis ipsarum inheretaria subiectis, quibus tribuantur: quod secus in moralibus euenit: peccata enim, non proxime solum ipsa admittentes, & operantes, sed, & ad illa ipsos excitantes, induentes, impellentes, ne dum prædeterminantes, turpitudine incurrunt. Patres vero, & scholastici eis exemplis rem Catholicæ explicant: quia omnem determinationem ad actionem prauam penes voluntatem creant esse alium, que concursum indifferenter ad virtutem à Deo oblatum determinatione sua simul trahit: quemadmodum calore à sole producto, & aromata suauem odorem spirant, caduera putore fuscant. Misericordia exempli huius ad præfinitionem sententiam tuendam, explicandam que inutilitate, inopere inutilitate: eidem solutione de primis, & vniuersalitate causa propria Dei Calvinus insitit, 2. inffit. c. 4. §. Omittit hic vniuersalem Dei motionem unde creatura omnes, ut sustinuerit, effectum quidam agendi ducant, qua abunde Deum prauis operis & peccati cauacione à culpa excusari docuerat recitatis locis, ac sapientiis hisque verbis supponit. Beza eandem solutionem tentat primis lepremedicis aphorismis, dum Deum cauam primam statuit, creataque omnia ipsius instrumenta, vt inde ipsius à culpa seculerum, que ex eius præfinitione agimus, purger. Aphor. 18. his verbis: iam igitur ista ad Deum accommodemus, cuius effectuam ante probauimus in omnibus, qua fuit sine causa exceptione: & ita quidem, ut per ea, qua condidit, tanquam per instrumenta exequatur suo tempore, quod ab aeterno decrevit. Conflonat reliquis deinceps Buceras ad Rom. 1. in ea verba: Tradidit illos Dei, scribit. Ex hoc, quod Deus non sit effectus nostra induratio causa nostraque traditionis in desiderio mala, configuitur Deus non esse Deum hoc est rerum omnium causam præmam: & Zwinglius ferm, citato de prouidentia cap. 5. ait: cum Deo in se non posset, per creaturam iniustitia exemplum produxit. Non, quia creaturam illum suo malo produxit, que, nec est, nec visat, nec operatur sine nomine, sed libi in operando, vt causa prime, & vniuersali subiectam: sed, quod Nomen ipsius auctor est causa, quod nobis est iniustitia; illi vero nullatus est: quia scilicet abique eo nōs, vixit creatura eius, operari non possumus.

5. Verum solutio hæc supponit, & recte, Deo cuiusque bonitati repugnare plus efficacia, & concursum ad materialis peccati ex parte sui exhibere, quam opus sit, vt muneri causa prime satisfaciat, requiraturque, vt actio prava, & peccatum in rebus à nobis apponatur: inde enim non solum ab his, sed & a nobis, ac reliquis scholasticis Dei concursus in actiones prauas à culpa excusat: quod autem ultra debitum minus causa prima exhiberetur, neque ex ea muneri esset, neque ex fine satisfaciendi muneri illi posset exhiberi, vt præsens causa concidit: ac ei muneris, absque prædeterminatione, præfinitione ex parte sua ad materialis peccati, præparatione, & oblatione concursus ad illud, cuiusque oppositum pro arbitrio voluntatis, fit omnino sat, nec fieri sat altius potest: tum, quia eo columnmodo salutari creatura libera in ea actione elicienda libertas potest, vt fuit dicit, 1. mon. strauimus, cui feruanda causa prima eius, & vniuersalitatem, qua talis respectu eius creatura est, debet attendere: tum etiam: quia nulla ratione, aut auctoritate, nisi sensim, sequitur ipsa labante, & subiungente, (vt vidimus disput. 1. vniuersum contra præfinitiones prædeterminationis actionem nostrarum liberarum, & speciarum prauarum tota hac disputatione, videbimus, que cert. postremo,) inducitur necessitas præfinitionis prædeterminationis ad actiones liberas, præterim prauas, ex parte & titulo causa prime: ergo nulla est ex eo ratio, & fine petita solutio. Sed probarat vterius antecedens subsumptum. Nam in quibuscumque creaturis liberis, cedentibus tentationi, siue non cedentibus, ad manus causæ prime spectat eas in actu primo confituisse, vt operari prava, ac edere tentationi vel omittere, aut oppositum agere absolute possint (vt Dominicanis præfinitiones afferunt, quomodolibet ad oppositum eam potestare cum præfinitione ad actu-

## 610 Controu. III. de Decreto, &c.

componant) atque in iis, qui actionem prauam non eliciunt, nec tentationi cedunt, ad eis potestas aboluta in actu primo (qua abesse requisitus omnibus ex parte actus primi ad operandum esse nequit) ad cedendum tentationi, & actionem prauam eliciendam ab eis prafinitione prædeterminatio ad illam, ut patet in prafinitione omnium doctrina: ergo muneri cause prima, quatenus ad actus primi, & potestatis absolute creaturæ libera ad actionem prauam eliciendam, constitutio nem specat, satisfacit abesse prædeterminatio praua fitione Deus: ergo præfinition prædeterminatio antecedens vium, & exercitium libertatis in eliciencia actionis praua necessaria non est, ut Deus muneri cause prima satisfaciat; et si comitans Dei concursus pro actu secundo, ut pro eo etiam signo, & posteriori naturæ satisfaciat, yle- rius requiratur. Nec refert, si quis dicat ad munus causa prima perire præfinition prædeterminatio ad actiones eliciendas, non autem ad non eliciendas. Siquidem argumentum ad munus causa prima antecedenter ad actum secundum libera operationis create expendum omnem diuina præfinitionis efficacia, & prædeterminationis cum operatione conexam excludit. Secundò impugnat va- lide ab absurdis solutio notaria fere omnibus à nostro Ruiz d. 20. sect. 1. art. 9. quia, cum multo plures actions turpes, & peccata sint, quam honesta incredibile est ad munus causa prima, & viuensalii spectare plura tot praua, quam honesta prædeterminatio effi- caciens præfinitione. Ne vero ad antea locorum peccato- rum demerita recursas, adverte adeo præponderantia Christi merita diuino iudicio, non oberrantia solum, sed perspensa. Vrgentius in primis: nam qui solum tunc in mundo aderant peccatis primis, & in prauis An- gelis recursus occidunt. Item Deum causa prima, & viuensalii muneri non satisfacturum, nisi hic, & nunc lu- dam ad proditionem non determinet; & sic de aliis peccatoribus: nec satisfacturum ei muneri. Paulum hic, & nunc ad conuersiōne prædeterminet, & sic de iustis aliis ridiculū est: quod heretice diuina electionis gratiam cauert: cum nihil, quod solo titulo causa viuensalii, & prima à deo decernitur, & præstatur, ex gratia Christi præstetur ac datur. Tertiò, cum muneri causa prima propriissimum sit inclinationi, & propensioni cau- farum secundarum voluntate, & necessario concurruo suo annuere; deficit à munere causa prima, quoties propen- sum ad vitia ad ea non prædeterminat, sed teneri cedat, lapsoque præ propensione à vitiis reuocat, & ad melior- rem frugis convertit: quod si ita est, ut nobis ex mala Adami corrupta, pronata ad malum pro creatis. Deum enim ex causa viuensalii prima munere in non tantum pariet inclinato, & materia deputa irruentem (quod perditis etiam hominibus impropteratur Psalm. 61.) Deum haberemus aliunde quarto. Nella erit natura humana maior, quam Angelica (supremi etiam Angelii) fragilitas, cui nulla alia fragilitas sit non cetera sua præfinitione prædeterminatio, necessaria antecedenter, ut praua operetur. Deus cuique ex munere causa prima viuensalii indidicit quinto demum, cum munus hoc causa prima, & viuensalii ad prædeterminandum creaturas rationales ad materiales peccati, & turpes actions sicut nec ad honestas, Deum non determinet, aut cogat, fieri, ut tam prædeterminatio ad actiones prauas, quam ad honestas oppositas, vel pura alterius omisso, ex munere causa prima viuensalii libere à Deo proueniatur. Inde vero inferius necessario, iustum posse longo quantumvis tempore vitare mortalia alia omnia, & omnes tentatio- nes quantumvis vehementer superare, perleuerareque in iustitia abesse gratia Dei supernaturali per Christum contra definitiōne Tridenni less. & c. 13. & can. 22. Imo & quamvis abesse habuit illo, & auxilio gratia supernaturali, innoxium toto vita tempore posse perficere (quod longe est absurdius) cum omisso, sive pura præfinitionis prædeterminatio ad actionem prauam, sive coniuncta præfinitione prædeterminatio de actione incompossibili, pro quo quis tempore ex libertate, & munere, circu quoque causa prima viuensalii mere naturali proueniat: eaque sublata praua actio, nec futura sit, neque esse de facto possit, in noltis vero principiis, cum de negare concordum ad peccandum, sive exigu, sive longo tem- pos, (ut Deus pro libito potest) non ex causa prima, &

viuensalii munere, sed ex Dei deficiencia huic muneri (ex quo paratum ex parte, & decreto suo de indiferente concurrendo pro creaturæ libera arbitrio concordum habere debet) deneget concordum, ac non concurrendo de- cernat, non nisi, ut causa specialis ex supernaturali prouiden- tia id præfaret: atque pro tempore, quo vellet, ho- minem culpa immunitum feruaret.

6 Has forte difficultates subodorari aduersarii alias rentrantur causiones. Primam negando Deum titulū cau- se viuensalii prima, utque ei muneri satisfactus ad actiones prauas nos prædeterminare. Hanc à nonnullis Thomistis Dominicanis datam referat Ruiz, quam ego & à Caluinis datam non semel video: Primo à Caluino 2. inl. cap. 4. §. 2. omisso hic viuensalii Di- motionem, unde creatura omnis, ut fulminetur, ita effi- cacia quidam agendi ducunt, de illa speciali actione tam- tum logum, quod in quoque faciōne appetit. Item qua codem loco & §. 3. de instrumentis ratione omnis creatura respectu Dei, cuiusque viuensalii domino in creatura omnia ad quoscunque velit, & ex quoque fine ve- lit corum vius; quam etiam dedit Zanigius epist. citata ad Philippum Catorum. Principem capite §. his verbis: cum mouet ad opus aliquod, sibi tamen non est: ipsa enim in- strumentum fraudi est, sibi tamen non est: ipsa enim libe- re mouet, neque instrumentum facit inutriam, cum omnia sint magis sua, quem cuiusque artificia sua instrumenta, quibus non facit inutriam, si nunc limam in maluum, & contra malleum in limam conuertat. Mouet ergo latre- nem ad occidendum: Beza aphorismi 18. si p. recitato & 19. 20. 21. 22. 30. eadem doctrina instrumentis & arti- cisis eo ventis pro libito, hanc tradit solutionem, item qui ad arcana Dei concilia occulta Dei iudicia in re pre- fenti recurunt: nam minus titulique causa prima, & finis notissimo huic muneri satisfaciendi decreto prædeterminatio materialis peccati notissimum generali- minime est, neque in arcana Dei consiliis, & iudicis à nobis inscrutabilibus, & ab conditis repositum, corre- rebat. Caluinus citatis opusculis, & editione lib. de extera dei prædictamin, pag. 905. Arcanum Dei consilium, quo prædeterminatus fuerit hominis lapsus, qua decte fibri- tate procul adorat fides nostra, pag. 917. cum longe aliis humana metis perspicacia arcanum esse palam sit, ne igno- riantiam nostram fati pudent: ino ne quem ex fidibus exscire pigeat quod Dominus lucis sue inaccessis fulge- ab orbet. Ac 3. inl. c. 23. §. 4. at. Redundum tamen in- sepe effe ad solum diuina voluntatis arbitrium eius, cuiusca- sit in iusto ab condita & §. 9. ex necessitate adeo impio ad præmio agendum excusabilis est non esse illi: quod quo- diem Dei ordinatio, qua se exitio definitus conuertatur, sua confer aquitas, nobis quidem incognitus, sed illi certissima: similiter, & eius discipuli loquuntur: sed tam- solio haec præcipuum deserit aduersariorum, sive Her- tocorum, sive Dominicanorum fundamentum, quod è cause & libertatis diuina primato desumunt, cum non inde sed ex titulo & fine alio nostrarum actionum liberatur præ- uarum etiam, præfinitione prædeterminatio indicit. Secundò neque ea ratione proxime factas impugnantes equit, nisi in alia reque absurdia relabatur. Etenim ex quoquaque titulo, & fine speciali, qui causa prima, & viuensalii non sint, ea actionis praua prædeterminatio præfinitione à Deo concipiatur, vel in ordinum naturale prouidentia remant, vel fucus: Si primum omnia absurdia memorata sua proportione recurrunt, præterim poter- um, quod scilicet longo quoque tempore abesse sus- tilio gratia supernaturali per Christum possit solum in gratia perficere contra Tridenni definitiōne immo, & peccatorem toto vita reliqua diutissimo tempore tentationes omnes abesse supernaturali prouidentia gratia, donecque vincere de facto posse. Si autem poteremus dicas præfinitionem prædeterminatiū actionis praua, ac peccati titulo, & fine specialibus quibusvis concepū ad ordinem supernaturali prouidentia pertinere, etiam aliama incides absurditatem. Nempe gratio am ordinis supernaturali voluntate Dei indeque ortam gratiam ordinis eiusdem ad actionem prauam, & peccandum inde- fine requiri: quod erronum, ut minimum est, etenim iuxta Patres, & Concilia, id solum, quod gradu quoque ad vitam eternam conduct ad ordinem gratia, & prouiden- tia supernaturali spectat, ac prouide, quod ad per-

carum,

catum, quo ab æterna vita deducimur, nos inducit ad ordinem gratia, & prouidentia supernaturale nequit spectare. Secundò, quod in nobis, & a nobis ex nobis est, ordinis gratia prouidentia supernaturale non est, iuxta patres & Concilia: atque iuxta horum dogma peccatum a nobis est, etiam contra Pelagianos, & tempelagianos hoc statuum: *Nihil nos a nobis, & ex nobis habere nisi mendacum, & peccatum: & in omnium etiam opus ad vitam eternam conducens ex gratia supernaturale* Dei etsi contra prefatos hereticos probent, ergo iuxta Concilia nihil supernaturale ad actionem prauam, & peccandum potest *inductum* requiri. *Dixi induitum*: quia retractare, siue retractando a peccato, qui minimum auxilij, seu vocationis necessitatis ad conti- tuendam libertatem ad peccandum gratiam Dei esse cum nostro Galateo Hurtado (nos) Academias Complutensis Decano Doctores cœfecant aliquid supernaturale ad peccandum: *retractum* tamen requiri censura omni (me judice) immunes fatetur, sed de his latus tomo 1. de- cente supernaturale contr. 2. d. 3. de gratia auxiliis nece- ssitate, Denique, si ea supernaturale prouidentia peccati in præfinitione prædeterminativa actionis nostra praua, & peccati, ad peccandum, siue in specialioribus aliis, abique illa fuit indecentia posse Deum actionem ipsius prauam prædeterminativa præfinita, & peccatum sub- iude cauere. Hac solutione ad decretum comitans utendum Valgutianos vios audiui. Ceterum, & in terminis implicatis solutio, nec difficultate satifacit, & Dominicus Thomistis ex vnu eile aliunde non potest. Primum conatur. Nam in illa hypothesis, si voluntas creatuæ ab eo concursu Dei posset operari, & operari est implicatio in horum omnium sententia: que staruit omnia creatuæ concursu Dei non solum, ut sint, sed, ut operentur etiam, ex parte primi indigere, ergo in conditione illa voluntas creatuæ poni nequit nisi conditione ipsa, vel in rea- cta, vel chimerica; de quaenam autem earum peccabilitas, siue operatio praua, & peccatum falso iudicio (quod uti- que Deo repugnat) afferatur: siquidem Deo, ob enitatis perfectionem actio praua, chimeræ, ob necessarium en- tritus defectum omnis vera operatio repugnat. Nec dif- ficultate latet: ex eo enim, quod peccatum alias feras ab eo sua inductione, & impulsione per impulsionem alterius, non iter tibi loco illius impellere ad peccatum, quoniam culpam incuras: in quo, neque illum alium impul- som, neque peccatum, & actio praua sua, impulsione, & induc- tione tua adiuvare. Virgetur, quia præfinitionis huius prædeterminacionis impulsione actionis praua & pec- cati à voluntate creatuæ futuritas absolute, & de facto apponitur: nam futurio illa praua operationis à voluntate creatuæ, si se posset (est fictio, & chimerica non est) conditionatam futuritionem in qua sola tempela- gianæ & heretica peccata, & demerita admitti possunt, minime præcogduntur. Denique nequit Dominicanis folio inferire. Siquidem futuritionem veram, & scien- tiam conditionatam contingit, non solum abique de- creto absoluto Dei ex parte actus, & obiectu conditione, sed etiam ab illo decretato adhuc ex parte hy- pothesis (quod solum nota haec controvenerit, contra illos conendum) in quo cum illius & omnis voluntatis Dei, etiam indifferenter concurrendi, negatione, & exclusione admitti posse, ac debere ea solutione fatentur.

8. Iusso tercio est de spontaneo ut coactioni, & vo- luntario apponitur, quod ad peccatum fatis est, ac Deum à culpa in eius cauacione excusare contendunt est hereticorum solutio. Theodor. Beza epist. citata ad Sebastian. Cattellion. refutat calumniam 2. verum non posse alter vello: *Fatetur, quod enierum, & enieriam, se voluntus tamen Adami coacta non fuit.* Sotus 1. de natura & grat. cap. 17. eadem ex Lutherio, Melanthoni Bucero refert, ac refellit, ex locis communibus Lutheri, vbi quia peccatum propria voluntate diaboli, & homi- nis ortum est, neque Deo approbante, aut cogente volun- tates nostras, factum est; *iae neguquam est nece- ssario factum necessitate aboluta*; sed spontaneitatem à coactione & involuntario solutam ad meritam, ac demer- itam, & libertatem ad hanc necessitatem, non sufficere ex Tridentino, & definitionibus Pontificum ostendimus d. 1. Nunc eius solutio, ut Deus in actionis praua, & peccati cauacione, à culpa excusat, insufficiencia ostenditur. Etsi enim impulsio, & inducio in actionem prauam alterius huic libertatem relinquat, & in nobis etiam Dei prædeterminativa præfinitio praua nostræ actionis praua, & peccati non plenam potest, sed per- mitimus, non fatemur) ac proinde libertatis, & pot- testatis nostræ actionis praua sit: *nihilominus ita libe- raliter operatur praua impellens, ciuique actionem prauam causans, & peccatum, à culpa non liberatur: multo ergo minus Deus præfinitione prædeterminativa actionis praua, & peccati non plenam potest, sed spontaneitatem solum nobis relinquens, estis hæc ad peccatum sufficere admittatur, semper enim verum per- stat cauimus peccati quidquid, ut peccatum abolute sit, sufficiat) culpabile esse: Quarta solutio est Caluini ci- tato lib. de eterna Dei prædeterminat. edit. præf. pag. 946. verbis illis: *Nec vero obliuione regenda est illa, quam posuit causarum diuersitas: quod alia est causa propin- qua: alia autem remota causa, ut sciamus quam longa inter eam etiam Dei prouidentiam, & turbulentis ho- minum imperius sit distans: Hæc autem maioris pro- pluviatis praua operantis respectu operationis praua, quam causa illum indicentis ad ipsam neminem, qui alium sciens, & volens ad prauam operationem & pec- catum inducit impellit, adgitue, peccare suadet; cuius opussum, dogma fidei est quinta eiusdem Caluini solu- tio ex 3. institut. cap. 23. §. 7. sic habet: Negant decretum fuisse à Deo, ut sua defensione periret. Adam: quia vero idem ille Deus, quem scriptura predicit facere, quacun- que vult, ambiguo fine considerat nobilissimam creatu- ram: Honorabilissime fuitur honorabilissimæ, & nobilissime creature rationali in vas contumelie, & perdi- tions degerminare eam libertate (qua carceris nobilitate antecellit) ipsilatam detinare, quam in arbitrio sui ambiguo tantæ ignominia fugam, & ad superem felicitatis accelum relinqueræ: o bellum rationem surrende cerebro non rationali cerebro dignam.**

9. Ex haecen dictis liquet, quam imperceptibili discrimine Dominicanus Thomistus paucit, quos quæst. 1. memorauimus suas ad materiale peccati præfinitiones à Caluiniis & quandoque Lutheranis, & doceant, & ab oppositoribus verisimilem communibus vindicent: sed tamen Dominicani duobus suas ad hereticis præfinitionibus discriminari contendunt. Primo quod suis hereticis, actionis praua, voluntariisque nostra libertatem aboleri docerent. Hoc tamen ad rem præfuentem de necessaria culpæ contractione à Deo prædeterminativa præ- finiente actionem prauam, siue libere absolute præfinitione prædeterminativa posita, siue non libere elicatur quidem: Secundò ostendimus disip. 1. rem libertatis ipsam (de qua siue obiectu definitionis lis Tridentino, & Catholicis cum Caluiniis semper, & Lutheranis aliquando fuit, non autem de voce libertatis) æque alterius præfinitionibus cœteri, & Melanthoni citato loco solum in sensu compósito præfinitionis (vt Dominicani dicunt) importantiam non peccandi afferit, cum eaque absolute à necessitate potentiam, non agendi prauæ in nobis iungens, immutabilitatem tamen peccata, per decretum Dei fieri subdit ut ex ipso recitat Ruard. Tap. a. 7. & verbis, adeo quandoque Catholicis, ut omnem Dei in actiones nostras prauas impulsionem, motionem, & voluntatem antecedentem negare videatur, solamque, ac puram permis- sionem eius voluntatem cum Catholicis admittere, & quæ non magis, quam præscientia modum agendi voluntatis immurci; quibus Ruardo ipsi fecit fucum pag. 360. & 361. sed eum determinationem contingentia actionis nostra, siue ex præfinitione Dei ab arbitrio nostro inde- pendentem immutabilitatem co loci reineat, & iuam reinet errorum eandem necessitatem actionis prauæ in

fenfū

REGA  
part  
VIA

sensu composito prefinitionis cum porestare in sensu diuiso ad eius omissionem facetur omnium hereticarum prefinitionum parens Vrileffus cap. 8. Trialogi apud Valdeni, i. doctrinal, fide cap. 21. fine sic fatus: *Probabiliter dici potest, quod sicut Deus non potest meliorem mundum facere, sic nemo potest melius facere, quam facit, sed tamen potest, si Deus voluerit.* Secundo autem: *prafatos Hæreticos verbis rancum, factio animo alterius* Deum auctorem peccati non esse: *quod tamen Dominicani ipsi sincero animo, & tota sua mente defendunt, sed tamen ex dictis confat Hæreticos blasphemum reputasse Deum peccati auctorem afferre, velle, aut caufer malitiam, & peccatum absolute tale; sed solum materiale peccati; iniqueque eos à Catholicis ad diuinam horum cautionem deducit.* *Quod ipsum solum Dominicani isti, nec amplius conqueruntur, & argumentorum illationisque vis utrumque querelis & que latus facit, & deinde in causis propositionum, quid illæ proprie significant attendit, ut admittantur, vel rejiciantur à Patribus, Conciliis, & Catholicis non sicut animis proferentis, ut videre est in Synodo Palestina, & Augustino, Catholicis propositiones, quibus errorum suum Pelagius tegebatur, approbanibus, esti ex aliis eiusdem locis fictionem Pelagi depræhendat, reprehendatque Augustinus lib. de genit. Pelagi id autem ad perfonatum correctionem, & medelam spectat, cuius modum prescribit ipse epist. 104. ad Sixtum, & cum quatuor aliis Episcopis Africa epist. 95. ad Innocent. Pap. & quidem, si ad propositionum veratum damnationem animus, & fictio proferentis attendi debet, nec esset reiendere illæ essent, & contradictrice falso admittenda. *Hæc præter datas ab Hæreticis iam confutatae solutiones discrimina adhiberi Dominicanis præfitoribus possent, quæ quid præstent, nemo non videat.* Ego vero diffitem ingeni mihi traditatem non possum, qui doctissimum, & Catholicorum Patrum ab illis non videam discrimen.*

## CERTAMEN III.

Prefinitionis eiusdem ad materiale peccati impugnationes aliae, & obiectionum solutiones.

I. **P**riores ex aliis rationibus subiectiendas primam habentus à nobis explicantur. Primaque ex illis tacta iam in Patrum rationibus contra Priscillianistas, & Astrologos facti per stellarum, & cali influxum inductores, contra quos arguit Patres caufer peccati illos in Deum refundere; similiterque Manichæos, qui naturas aliquot ad malum determinatas, sicuti & ad bonum alias à Deo conditas effutiebant. Deditus aliquis Patrum pro argumento hos contra hos omnes testimonio ex pluribus, quæ sua immensa eruditio Ruiz noster dedit d. 38. vnum tantum, vel alterum pro eo argumento proferam: supponendo, quod supra animaduicti: *stella, ex lumine influxu suo ullam naturam creat non ad formale peccati, seu peccatum, quæ tale; sed ad ipsius materiale, nempe actionem physicam furia, adulterii, mendacij, homicidij in omnium illorum erroribus homines impellere, & adiungere; & tamen ita contra illos Augustinus expositione trituli Psalm. 91. in finem scribit: Multi non accipiunt Saranam, sed accusant fatum. Fatum meum me daxit, dicit, cum dixeris illi, quare fecisti, quare peccasti? iam manus ad Deum iedit, iam lingua blasphemat. Non dum hoc aperte dicit: sed tamen attende, & vide qui hoc dicit. Quaris ab illo quid sit fatum? & dicit stella male, quaris ab illo quis fecit stellas malas? non habet, quid tibi responderet nisi Deus. Rebutat ergo ut Deum accuseret, & cum Deus puniat peccata Deum facit auctorem peccatorum? Cyril. Alex. 5. in Ioan. c. 5. sed & alia longe grauita sequitur incommotum Deum, felicitate merito inculcandum, quia calum fecerit omnium malorum causam, sicut enim furia, & homicidia merito damnentur voluntate ratione Deus nos induxit, qui calo induxit, ut illam impulsum be-*

minum ad mala: Quibus locis hic discursus, quidquid causa alicuius prædeterminatur, aut prædeterminans ad prauam actionem, seu materiale peccati (de quo hoc, plerique testimonia Patrum) non solum materialis peccati sive præcautio ipsius causa absolute est: ut Deus prædeterminatus præfinitus actionem prauam, & materiale peccati: ergo non huius solum, sed & peccati ipsius causa absolute est. Quod argumentum eo vigentem est, quod præfinitus prædeterminata natura sua a materiali peccati determinatio nunc solum est; neque alii rebus apponendis potest inferire, sicuti stellarum, & ceterorum influxus possunt alii effectibus inferire, quibus proinde prouidens & producens concepi a Deo & apponi possent, etiæ aliunde materiale peccati apponitur a Deo cognoscetur: at, quæ ad illud, nihilque aliud apponendum natura sua sunt apta & ordinata, ut præfinitiones prædeterminantur, & prædeterminantur, directius determinantur, magisque per se ad actions prauas apponendas concepi, & produci a Deo necessario debent: i.e. prouide directius & determinatus, magisque per se causam peccati, auctorem efficiat ac probat.

2. Idem argumentum continent, & confirmant duo alia proximè subiecta speciem contra Thomistos Dominicanos, quos ad hominem efficaciter conflat. Primum ex p. q. 63. art. 5. flata apud ipsos Sententia, & ratione S. Thomas: *Angeli nimirum in primo creationis sua instanti peccare non potuisse, id quod de parenti, adhuc absoluta, nec solum de ordinaria potencia, & prouidentia Dei, & verum & a sancto Thoma alterum volunt; cum tamen de parente solum ordinaria ab eo dictum, & verum esse potest certum mibi sit, ob peculiaris rationem, insinuatam iam à me, controu, de mento Christi principio, quam suo loco aperte agit. S. Thom. pergit. Unde, si aliquares habeat esse ab auctore deficiente, quod possit esse causa deficiente actionis poterit in primo instanti, in quo incipit esse habere deficiente operationem, & firmas exempla, sicuti & ratiæ que nascitur clausa ex defectu seminis, statim incipit claudicari. Agen autem, quod Angelos in esse prodixit (sicut et Deus magis est esse causa peccati, actionis nempe præcauti, eum causatius, & necessario peccatum causatur quare nec causa deficiente. Unde non potest dici, quod diabolus in primo instanti sua creationis fuerit malus. Ex hæc autem intellecta conclusione, & ratione S. Thom. à Dominicanis Thomistis, ita arguo contra ipsos. Ideo Deus est causa peccati Angelii in primo instanti creationis, & subinde causa deficiente, quia actionis, seu actus præcauti aduersus in illo instanti elicitus ester a Deo ipsum determinante, seu in natura Angelitæ à se condita naturali inclinatione, & propensione (cuius Deus eius ambo nequit non annuere) ad cum actum prædeterminante physicæ, sicuti enim ad motum sursum: atque pro omnibus instantibus, quibus actum præcautum elicitura est rationalis creatura debet ex munere cause voluntatis prime Deus determinare, & prædeterminare, cum ad illumine actum actius indispensabiliterque, quamque gen ad motum sursum in eius primo productione per se, ut ipsi inditam determinet: ergo Deus prædeterminatus præfinitus creaturam rationalem pro omnibus instantibus, quibus actum præcautum elicitura est. Porro argumento huius distinctiones, & solutiones illæ de causatione materialis, non autem formalis peccati, sive cause peccati absolute talis, causaque efficiens, non deficiente, sive physica, non autem moralis (est si nucleo, ut vidimus vacue, & pure elutio)*

locum non habent: quia ratio Sancti Thomæ, ut ab illis intelligatur, ac defenditur eas omnes iuritiles supponit, & exemplo ipso tibia clauda à naturitate iuritiae probantur. Ac tandem, si rationem soluunt nostram, & suam pro impossibilitate peccati Angelorum in primo instanti creationis, soluant: ut quivis, vel tardus, eadem proportione solutionibus eisdem rationi eorum adhibitis aperie percipiat.

3. Secundum argumentum ad hominem etiam contra prefatos Dominicanos est: ipsi enim cum Aliatore de auxiliis d. 14. n. 34. docent, Deum non posse infundere voluntati creatae habitus virtuosos, & inclinations ad malum: quia de ipso malum ex eis habitibus, persistantibus pro actu primo voluntate inclinationibus ad illud prouenient est ad Deo, eique, ut cauæ & authori absoluè tribueretur: & scilicet quidem Patres isti habitus virtuosos distete, & per le ad formale peccati inclinare non posse voluntatem, quam in malum, quia malum ferri (et ipsum omnibus factent) profrus repugnare atque implicare, per ipsos, & omnes, in elationem vilam veram naturalem ad actum impossibiliter in esse: sola ergo inclinatio, quam habitus virtiosi afferre voluntati possunt, est ad actus physicos prohibitos, seu materialē peccati, quatenus sub aliqua ratione delectabilis boni, sive actus ipsi, sive obiecta: ad illos auctentia voluntatem sollicitant: et ea sententia ita ad hominem arguit: infusio habitus virtutis inclinatio, nec tamen inefabilitate et determinatis in actu primo, ac necessitatis voluntatem ad physicam actionem prauam & ponum materialē peccati repugnat. Quia cum ab illo auctentia peccati, ac subinde peccati cauam abclusit faceret, & auctorem: atque prædeterminatio præfinitio, indeque necessaria orta prædeterminatio, ad actionem prauam physicam, seu materialē peccati, non solum utique inclinat in actu primo voluntatem ad materialē peccati, sed potius, determinatis virginitusque eam necessitatis, ac irresistibiliter eam præderelinquit ad illud: ergo repugnat eismodi prædeterminatione prædeterminatio ad materialē peccati à Deo concepi, ac prædeterminatio actionem ad illud à Deo infundi, quia auctorem, & cauam peccati absolute, potiori iure eius à Deo concepito & infuso Deum faceret: quoque te verum solutionum, & cauionum veritas, contra doctrinam tuam, de impossibilitate habitus virtutis à Deo, conuertit. Vigintius ad hominem prefatos Dominicanos ex alio corundem doctrinam refello. Alius enim yniuersitatem Deum habitum, aut sicut erroris nobis infundere non posse; quod esti fallum reputem, ut de actu etiam docui cum nostro Valquez contra de Trinit. d. 1. ait admissio, ut Dominicani isti volunt arguo sic. Actus erroris malum physicum plerumque creant solummodo est: cum est pure speculatum, & cūs productio Deo, nec physicam viliam in decenniam afferat: siquidem Deus errore, quod in creatura cauatur minime errare: nemo enim errore alterius erat, sed proprio sibi inherenter: cum autem error prædictus etiam est, quia ad actionem prauam inducit, neque actus, ne proximus eiusmodi actionem cauatur, quam prædeterminatio præfinitio, ab eaque necessario oriunda prædeterminatio: & mirum sane est Dominicanos hoc, qui erroris cuiusvis infusione Deum repugnare determinat locis Scriptura supra relatis, & explicatis, quibus homines exerceare, & Prophetas decipere physicam Dei efficientiam, & politiam voluntatem præfinitionis, & prædeterminationis contineri contra nos (an contra se potius) nihilominus contendere.

4. Sed, quoniam cō diuersus venit, ex alio absurdio (quod hinc proxime vicinum est) generali contra Præfinitiones omnes materialē peccati examinandum est argumentum, quod noster Ruiz persequitur d. 30. Nimirum ex præfinitione prædeterminatio ad materialē peccati, non formalis eius à Deo intento, sed alio potius sine hominifilio, fundamentum totius nostræ fidei, eiufque veritates subrure: quia sola præfinitione prædeterminatio materialē faltatis erroris, & mendacij non autem faltitiae, & mendacio, qua talibus formaliter præfinitis possent sibi falsi proponit plura credendam & omnia, quae de fato ab Ecclesiæ, ut de fide, credenda sunt proposita, id quod variis modis à Deo præfiniti fierique possit præfinitione admisita explicat f. 1. a. 2. n. 2. Nec quicquā ait prædicta si dicatur Deum iuramento etiam prius affirmasse, se

Christoph. de Ortega, de Vno, Tom. I.

nunquam Ecclesiæ suam decepturum in iis, quæ credenda proponeret. Nam semel admisita in Deo porciate ira decepienti, nec firmum esse potest eius affectionis testimoniū, quare, tamen eius, quam reliquorum certitudinem fidemque nutare: ut acut in simili arguere Augustinus lib. de mendacio c. 8. sub initium, & lib. cont. mendac. c. 4. initio. Ceterorum argumentum hoc infirmum, me iudice est, cuicunque facile respodere aduerteri possit, ea quæ Dei nomine proponuntur propositiones sufficiunt, ut de fide sum, ita Deo per homines proponi debere, ut Dei locutio, & testificatio sit. ad hoc autem opus est, ut ea omnia concurrant, quibus Deum ea loqui, & testificari suadeant: quæ, si ita in deceptione, quam homines etiam a deo patrarent, concurrent, iam Deus in seipso, vel mendacium patraretur, vel errorem: quod aliunde, inquiet, quam ex materialē peccati, aut erroris cauacione reputat: sicut autem ea, quibus Deus prudenter, ineratique certitudine loqui creditur in iis, quæ roti Ecclesiæ proponuntur quæplurima: in iis autem, quæ priuatim aliqui proponuntur credenda (deficiente evidentiā reuelationis, quæ erroris, falsitatisve periculum omne propellit) nunc Deus loquitur, cum per destinatum publice ad reuelandum illud proponitur, cuicunque erant Prophetae viceris legi, quos vel miraculis editi, vel certis contingentibus cunctibus ad id maneris, atque in Dei organa destinati monstrabantur: & his quidem nequit Deus ratione fallitum, seu sermonem erroneum infundere, ut populo, aut Ecclesiæ Dei nomine proponant: quia ex munere publico, in quod à Deo positi & signis confirmati sunt, per illos Deus mentiretur: os siquidem Dei ad homines ex eo munere sunt. Quare merito Patres illa figura ex Scriptura memorata. *Ego decepi, aut decipiam prophetam*, de sola permissione interpretantur. Si vero per priuatim, quæpliā aliqui priuatim reuelat, si vera miracula, & signa, quæ Dei voces à Patribus vocantur, dictis confirmandis afferat, nequicunque Deus seipso errorem proponendum infundere ob rationem eandem: quibus modi omnes, quibus fidei nostræ fundamenta quassari Ruiz recenti ex admisitione præfinitionis prædeterminatio excluduntur, id quod fuisse explicui: nam intrinsecum errorem physicum priuatum cuique infundere posse, quoties ea circuuntur non nisi, quibus Dens cum ita aberrans illud exterius etiam proferat, per illum loquatur, mihi probabilius est.

5. Quinto igitur contra hosce præfinitiones arguit: quia idem per hosce Dominicanos præfinitiones Deus causa est, cui omnia nostra bona opera, & honesta absolute, nec solum materialiter, sed formaliter etiam quæ honesta, tribuantur, quia ea in nobis prædeterminatio præfinit in horum sententia: idem enim præfinitiones prædeterminatio à ratione Theologica admittendas contendunt, ut non à nobis, sed à Deo prædestinati à reprobis discernantur: atque per eisdem quæ in nobis sine nobis opera præfinit, nec minus agit, ut impius ei Christo recedat, quam, ut prius ad ipsum veniat, de quo ipse: *Nemo venit, mo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Ergo iuxta præfinitiones hosce Deus agere est causa, cui tribuantur opera nostra præa non solum materialiter sumpta, sed etiam absolute, quæ talia, & secundum formale etiam, arque est causa, cui tribuantur opera bona nostra absolute talia ac secundum formale etiam, virtutis, nec solum secundum materiale tantum sumpta. Simili ergo argumento Augustinus 2. de peccator, meritis, & remiss. cap. 18. & de gratia Christi cap. 17. confutat Pelagium conantem faliare attributionem nostrorum operum Dei gratiae, ac Deo, tanquam præciput eorum causa, auctori, & donatori à Paulo Scriptura & Patribus toties assertam, ex eo solum, quod Deus posse illa agere nobis donavit, cum nobis indit faciliatatem voluntatis: sic illum redargens, *quemadmodum cum Deo laudamus in operibus bonis, ita cum illo culpam in malis.* Possibilitas enim illa, quam dedit, tam nobis facit posse bona, quam mala: ergo, sicut cum Deo laudamus in operibus bonis, ita & vituperabimur cum Deo in malis ex disensu, & consequentia Augustinus probata: & sane vigintio illa

H h h h      contra

REGA  
pall  
VIA

contra Præfinitores omnes est. Siquidem Pelagius posse illud in voluntate nobis à Deo datum indiferens ad virtutem, bonum, scilicet, & malum, nusquamque ad alterum determinatum, & nos determinans agnolcebat, ut omnem, tamque liberam determinationem voluntati creatae, & arbitrio relinquere. Præfinitores autem prædeterminati, ita præfinitione alterius determinati extremitati prædeterminationem determinatam, atque nos determinantem irresistibiliter ad illud constituant, ut illud secum determinate, & irresistibiliter devoluant; quare determinatus longe, atque aquæ sive bonum, sive malum opus, cauatis, nobis qui per illam Deus donat, quam sive potentia, sive voluntatis indifferens ad virtutem donatione, cuius ratione bonum opus nobis à Deo donat. Pelagius cum suis admittet. Relypondent Thomistæ Dominicani bonitatem boni operis ipsi inseparabiliter, sive intra voluntatem voluntatis diutina, sive malitiam operis præiuide operis boni bonitatem ipsam porrecti efficaciter Deus velile, cum bonum opus prædeterminatus præfinit; sive malitia inseparabiliter ab opere prauo à se præfinit. Contra tamen primò quia argumentum de donatione, & virtute que satisfactione aequali à Deo est, p. de voluntate exprefsa, & formaliter utriusque, cui si illam argumentum intenderet, solutio latifascietur: propter eam heretici quidam præfinitores, exprefsam malitiam voluntatis, sive voluntatis efficacem (imo neque ineffacem) Deo adtribuerunt; quare neque ea ex parte à Catholicis impugnatur; sed de virtutib. & impietate, quæ est inhibita in voluntate omni efficacitati rei sive actionis, cui necessarij aliud, esti per se, & exprefse nusquam amabile, annexum consequenter est: vi actioni nostra praua exprefsa à Deo volitæ, consequenter necessarij malitia connectitur. Secundo solutio est: quia nos à malitia, & peccati cauilatione, & efficacitati voluntate exculcat; siquidem malitia extra sp̄ham obiecti per se, & exprefse amabilis à voluntate, etiam creata, est, que nequit in illam exprefse, qua talem, tendere; neque in malum, qua tale intendens, operari, solum ergo, quia virtualiter, & implicitè voluntate exprefsa efficacitatem actionis praua, fertur in necessarij adiunctam, & inseparabilitatem consequentem malitiam, & peccatum absolute tale, & hoc, & illam absolute velle, & causare creatu dicunt voluntas: ergo & diuina. Contra tertio: quia malitia operis praua est extra obiectum honestæ voluntatis creatae, neque actio praua, cui illa consequenter, & inseparabiliter annexa, est intra, sed extra obiectum voluntatis honestæ creatæ, sed potius intra obiectum honestæ, & turpis creatæ voluntatis; ergo ob eandem rationem, actio praua non erit intra obiectum honestæ voluntatis diuina, sed turpis, ac Deo profusus re-pugnans.

6. Quia pro præfinitionibus diuinis ad materiale peccati opponi, sive ab hereticis, sive à Dominicanis præfinitioribus possent, lenissima sunt, ut hæc tenus de iis, que ab autoritate obiectib. ostenduntur. Nunc autem idem facile ostendimus in iis, que à ratione opponunt: et ea verò omnia inde tandem percursum, quod cum actio praua secundum totum, quod ex ipsa entitatis habet à Deo causa prima, & vnuerfali rerum, necessario, & per se esse proutius debet, nequit solum per accidens causa actionis praua esse, sed per se secundum totum suam entitatem etiam individuationem sumptu: cum autem, non nisi secundum voluntatem suam, & liberam de fe, acutæ ex arbitrio sui determinatione, & efficacem, creati alicuius entis causa esse possit: sit, ut de fe velle efficaciter debet esse actionem prauam: que, cum aliquid libera voluntate etiam creatu, libere quæ ab ea concepta esse nequeat (enit determinationem liberam nec supponit, nec prævidet, nec potest supponere, ac prævidere, cum Dei concursum, qui eius de concurrendo ad actionem prauam decreatum sublequitur, concursum, & determinationem voluntatis creatae identificetur) sit, ut Deus de se efficaciter velle debet, ut tota actio praua à creatu voluntate sit quod ipsum est actionem prauam, prout à creatu voluntate est, sive materiale peccati debere à Deo præfinit. Ceterum ex dictis sèp̄ cōstat voluntatem illam libere, & antecedenter ad actionem prauam de exhibendo concursum à Deo conceptam efficacem ab intrinseco, & natura sua respectu concusus actioni praua identificati determinate sumptu esse non posse. Tum, ut creatam in eius elicitia libertatem efficacia sua antecedente non proteret, quod commune etiam absurdum ref-

pectu actionis honestæ est. Tum, ne Deus causa peccati, & reliqua absurdæ tota hac disputatione monstrata incurratur: quare, esti actio praua, in modo & libera quævis crea- tæ, non nisi decreto Dei efficiens, & eo sensu efficaci & concusso Dei elicita à creatura possum, sicut decretrum illud de se, sive natura efficax respectu operationis praua, ac liberæ cuiusvis creatæ, minime efficiens, solum ab extrinseco efficax, nempe ab operatione ipsa, & concusso suo op- ratione ipsi identificato, à quo efficax, sicuti, & agens, ac efficiens extrinsecus constitutus ac denominatus. Non se- curus atque de auxiliis diuinorum efficiacia philosophia- rum quam non eni mītrinsecus, sed extrinsecus a conti- ū ipso esse fatetur: quia auxilium, quod efficax est na- tura, & entitate sua consensu nostro, ad quem virtus in- ducti esse debet ad concurrendum ad actionem prauam, vel huic oppositam honestam vel non concurrendum ad illam pro creatu voluntatis arbitrio, & libertate, sive con- trarietatis, sive contradictionis. Nempe decreto concurre- re ad actionem prauam, vel eius oppositam, vel non concurrere ad illam pro libito voluntatis creatae, id est meam illi omnipotentiam ad concurrendum, vel non con- currendum extrinsecus preparo, subdique, ut ea vata crea- tura voluntas, non fecus autem habitus insuffis, quos ad actus supernaturales ipsi inherentes imitato: qui etiā potentiam absolutam ad eos elicendos voluntates crea- turae compleant, nusquam tamen ex parte actus primi ipsi ad eos elicendos afferunt determinationem; sed eis lib- bertati, & determinationi in agendo, & concurrendo ex parte sua subduntur.

7. Idcirco Patres, & Scholastici sapientiores (in quibus Augustinus & Sanctus Thom.) frequenter, ut reli- mus decretrum hoc Dei respectu operationis praua per- missum appellant: camque propera à Deo eius, eiusque omnipotentiam finendo, solummodo ut fiat, con- tamen faciendo, procedere, non quia ipse physico suo concusso simultaneo cum voluntate creatu in actionem non induat prauam; sed quia à fe, & voluntate sua, qua arbitrio creatu suam omnipotentiam preparat, & applicat, ut operari absolute possit, nec determinat, nec vult, ut absolute actio praua sit, sed solum non vult impedit actionem prauam, sive potius vult non impedit illam, sive omnipotentia subractione per voluntatem non con- currendi ad actionem prauam, quam absolute habere poterat; esti ex suppositione decretri indifferenter con- currendi, voluntatem non concurrendi habere & absolute nequeat, quia decreto illi contradicit; in eius autem vol- untate non concurrendi ad prauam operationem no- stram pro arbitrio nostri libito negatione: quare eo posito concurrendi decreto, non libere, sive, ut proxime liberum agens, sed naturaliter à creatu voluntates deter- minatione crabitur; tamet re fe libere concurreat, quatenus decretrum concurrendi indifferenter pro libio creatu voluntatis libere profrus concepit. Stat verò co- decreto formaliter, sola, & pura, cum physice, non moralis permisso: non autem moralis effectio, que so- li determinant, vel voluntati illam determinant, tanquam causa per se tributari: quiccora, esti Deus creatam volun- tam decreto indifferenter concurrendi ad opus bonum, & auxiliis indifferenter de collatione ad illud creatam voluntatem non determinat, sive quia decreto concurrendi indifferenter, vel potius conferendi auxilium con- gruum, de se indifferens, opus ipsum bonum determinante, intendit, ac vult, etiā virtusque indifferenter à voluntate creatu ad bonam operationem determinante determinat, eius causa per se moraliter est, & cum tanquam authorat, & causa, utique principaliori, tributar: nequit autem ipsa actio praua tribui, quia decreto indifferenter concurrendi ad illam, & conferendi auxilium sufficiens, opolitum potius, & intendit determinare, de suoque vult, & potius operatio non dari nobis à Deo dicatur, sed rati potius ab ipso per voluntatis nostræ abusum, & malitiam datur, ad eamque Deum concurrendi intum. Vole-

Vnde ad argumentum aliud, quod ex causalitate per se physica Dei in actu prauum (qua Deo negari nequit) defuni ab aduersariis foler; quia, nimurum, quidquid causa per se physica actus, sive actionis praua est, moralis etiam causa per se, & absolute esse debet. Constat ex data nuper doctrina praefer physicum influum in entitatem actionis praua, ad causam per se moralem, & absolute talem respectu ipsius actionis liberae requiri, vel determinationem, ut euimodis actio absolute sit, vel factum intentionem, & voluntatem ex parte sua physice causantis, ut determinate ea actio sit: cum autem per decretum concurrendi ad vitrumvis nulla esse possit determinatio, ut absolute sit actio praua, atque in illo, aliore de collatione auxili, sufficientis intentione, voluntate nulla determinare Dei sit, ut actio, seu opus prauum determinare prae eius omisione, actus opposito, & honesto existat; immo tota Dei, quatenus est ex ipso, voluntas, & intentione sit potius ut non existat, moralis causa, & per se, atque absolute talis actionis praua esse minime potest. Et miror Dominicanos praefitores hoc argumentum viri contra nos velle ex eo principio, quod est causa per se physica actus, seu actionis praua, est causa moralis, & quoad imputabilitatem illius. Hoc liquidem principium statuit. S.Thom. sive, ut vidimus, vii illud causam per se non actionis praua, seu materialis peccati solum, sed formaliter etiam & peccati absolute talis esse demonstrat, quod actionis seu actus praua causa per se est reperitur: quare si idem locis totus est in offendendo Deum, nec concurrendi decretu siveque omnipotente virtute, & actuitate, nec voluntate & intentione sua actionem prauam velle, arque ut determinante sit, vllate- nos determinare: ac proinde, neque actus praua per se causam esse, neque peccati; sed solum creatam voluntatem, quae affectu suo determinante actionem prauam prae- oppoita esse vult, & determinatione sua facultatis illam determinante esse facit, ut nos eius doctrinam edocit re- pondimus.

x. Infabis tamen decretum indifferenter concurrendi ad actionem prauam habet pro obiecto tam actionem prauam, quam eius oppositum: siquidem ad vitrumvis diffinzione sive & indifferenter, sive ad vitrumvis sit: ergo sicut sub diffinzione vult actionem prauam: quod refugere videbamur, diffingue antecedens, iuxta communem modum intelligendi, & explicandi: decretum indifferenter concurrendi ad actionem prauam sit in actionem prauam indifferente entitatis sumptam, atque etiam, ut ex parte Dei, sive per ipsum, non redditus voluntati creatae impossibilis fati- tot: exercitare enim, & secundum suum physicum effe- sum operatio praua bona est, sicut & bonus physicus & moraliter est Deum ex decto suo indifferenter con- currens, ut minus causa prima expletat: quare veroque tido potest ex parte sui concursus sum indifferenter velle, & offere, ac de actione praua entitate posita, & concursu ex parte sua adhibito gaudere, & de obiecto en- titate bono, & sibi honestissimo. At vero ad actionem prauam, materialis peccati est, sive ut est a creatura voluntate, neque sub diffinzione dectro illo indifferenter concurrendi ferri, ferre adhuc inefficaciter, ne dum efficiens, & prae determinante, potest; aliqui, ut often- dim, & peccatum eiusque formale factum impicit, & virtus vellet, quod & ex re natura, & ex se Deo re- pagantique potius, est non absolute efficaciter, quatenus ex ipso est, non esse a creatura operationem prauam, & determinante vult Deus: & cum de- cernum illud indifferenter concurrendi, ex parte sui lo- lus, sit ut sit a creatura operatio praua, nullatenus esse ex ipsa natura, & efficiens decreti illius coniunctur: esti- sum eadem, & tota actionis praua entitas totalitate effe- dus ab veroque sit, & ab alterius: est effe ab uno, atque effe ab alio, idem non est neque effe potest; cum vnu- quodque ex his diuersum constitutionis, & denominatio- nis principium, & agens concernat. Et fane distinctionis huius ignorantie, aduertentiae, quam per effe, minore, huius Recentiores aliquos ex nostris Cattellanos, & Tol- letanos incautus lapsos: ut admiserint Deum concursu si- multaneo (quem solum admittunt) non solum ad mate- riale peccati, qua materialis, sed ad formale ipsum pec- cati physice concurrens; est quia nolens ad eum concur-

sum a creatura voluntate trahatur, ac determinetur, nec causa materialis peccati, qua materiale, nec formalis, tunc peccati absolute talis, dicendum sit. Ceterum in maxime hi sequiuatione, nec satis rite laborant: etenim actionis praua entitas eadem, quae tota, ut diximus, & a Deo necessario, ac indispensible esse debet, & item a crea- ta voluntate, qua a Deo concurrente ex parte sua pro- uenit materialis peccati formaliter sumptum non est, nec malitiam seu formale peccati fundat; sed solum, quae a creatura voluntate concurrente, acque oblatum indifferenter Dei concursum ad eam determinare actionis deter- minante, & Deo, quasi inuitu trahente: ergo, ut Deus ad actionem prauam fundamentaliter, sive materialis peccati, ac subinde formale peccati physice concurrat, debet physice concurrens, & inducere in actionem prauam, ut a voluntate creatra concurrente, eiisque determinatione procedit: ergo, esti ad totam entitatem actionis prauam Deus concurrente concursus simultaneo; tamen non concurrit physice ad actionem, qua vel fundamentaliter, vel for- maliter prauam. Proximum antecedens subiunctum de se patet: siquidem concursus simultaneus, & idemius etiam cum concursu simultaneo create voluntatis, sc. ac Deum determinantis ad entitatem actionis praua, qua- tenus a Deo simultaneus est a creatra voluntate non est, neque in huius determinationem, qua simultaneus solummodo est, potest influere; id enim necesse erat, ut ad illam pro priori natura praecederet; quod simultaneo for- lum concursu non minus repugnat, quam idem sibi ipsi natura, & causalitate realiter procedere.

9. Atque inde constat minus rite Recentiores hos- ce locutos. Siquidem, ut corum conclusio haec vera sit Deum concursu suo physice increata voluntatis deter- minacionem ad prauam actionem influere admittendum necessari est: quod concursu solum simultaneo, ac non prauio ad voluntatis determinationem fieri repugnat. Ac rursus consequens factis contra praefitores mate- rialis peccati a causatione physica materialis peccati, quam solum admittunt, ad causationem etiam moralem eiusdem, ac subinde formalis malitia peccati. Recen- tiores iti patent: immo, & proximi: cum physicum influxum: quare, & causalitatem Dei in formale ipsum peccati admittunt. Quod autem respondent determinari Deum inuitum, & nolentem a creatra voluntate, ut physice cum illa formale peccati apponat: ac proinde causam moralem per se, & absolute talis malitia non est: esti verum absolute sit; tamen cum corum conclusio non coheret. Quia, ut ostendimus, ut causa physica sit sive influxu physico in formale peccati, immo in materiali, qua tale, influat, debet influere in voluntatis creatra determinationem, & influxum eius in actionem prauam: quare, & ut ita ab ipsa, ex parte ipsius actionis, tam materialiter, & fundamentaliter, quam for- maliter praua procedat velle Deus debet: vnde, implicant Deum nolentem, & inuitum ad eam voluntatis determinationem trahi, quam vult antecedenter, & physice procurat, & ad concurrendam cum ipsa in prauam actionem: quod autem Dei concursu, seu influxu physico in eam determinationem, & concursum voluntatis creatra, in prauam actionem, & formale peccati integra non se de- terminandi, & concurrendi ad actionem prauam, & formale peccati creatra voluntati relinquatur potest, Dei a causalitate, causationeque peccati, & formalis malitia, inque physicum Dei influxum, & causalitatem hi admittunt, Dei non excusabat. Nam, & tentans, inducens, ac iudicantis actionem prauam, integrum voluntati alterius relinquit con- sensum in turpem actionem, qui tandem ex determinatio- ne liberti voluntatis alterius procedit; & tamen, cum ex ea inductione, & impulsione determinatio illa, & actio praua proueniens, inducens, impellensque in illam causam absolute actionis praua, ac subinde malitia, & peccati est.

Christoph. de Ortegas de Deo Vno, Tom. I.

## CERTAMEN IV.

Decreti indifferenter concurrendi natura  
enucleata lucem hactenus dictis  
affert.

1. Ceterum circa decretum hoc indifferenter concurrendi prohibito, & determinatione voluntatis creatae sunt difficultates nonnullae: quorum mihi praecipua, argu ab aduersariis, ac etiam nostris Doctoribus intacta, generatim illud respectu quanumlibet actionum nostrorum liberarum difficile reddit: quare d. seq. vbi decretum hoc: indifferenter concurrendi cum causis liberis vniuersum examinabimus erit enucleanda: in praesenti vero materia de decreto indifferenter concurrendi ad materiale peccati ratione materie nonnulla hic oportune circa eius decreti naturam venient examinanda. Primum: an decretum hoc sit omnibus desiderium: quia in re complacentiam puram non esse, certum omnibus est, cum non de concurso à Deo praestito, & parata omnipotencia concurrendi sufficit sit; sed vt hæc pareatur, & cursus, cum creatas voluntates pro eius libito habeatur: Secundum: an sit absolute efficax, & respectu preparationis, & applicationis omnipotentia voluntatis creatæ, vt ea, cuiusque actiuitate pro libito ad actionem prauam, vel eius oppositum utetur efficacem esse certissimum est: cum per illud ita voluntatis creatæ omnipotencia, cuiusque actiuitatis voluntatis create ad agendum applicata à Deo, cuiusque libito subditâ sit, vt pro huius libito, & determinatione nequeat ab agendo, seu coagendâ sifere, concursumque ex parte sui eo decreto, & applicatione oblatum cohibere. Respectu autem concursum ipsius certum etiam apud Omnes decreti huius assertores est absolute efficax non esse, & de se patet: siquidem nihil efficaciter absolute decerni à cordato potest, quod ab alterius voluntate, & libertate pender, latet, nisi quid ab alio faciendum conditionate sit pronosticatur: quod in decreto concurrendi fieri nequit: cum in quavis hypothese ad futuritionem conditionata concursus diuini operationi creatæ voluntatis identificari claudi essentiale debet, nisi forte vim habeat decretum trahendi secum velit nullum creatam voluntatem ad cooperandum: quod est decretum ad materiale peccati prædeterminatum admittere, & quod decreto hoc indifferenter concurrendi vi-  
tare contenditur.

2. An vero sit efficax, vel inefficax concurrendi ad actionem prauam conditionatae, si voluntas ad eam apponendam se determinet à nostris doctoribus disputatur: ex quibus Recentiores nonnulli censem esse efficacem conditionatum pro seque Suarium referunt. t. de auxil. c. 14. & lib. 2. cap. 3. cum tamen efficacis vox nusquam in Soarto reperiatur: quare tam ipse quam alij inefficacem voluntatem conditionata concurrendi videntur sollemmodo in eo decreto contineri efficaci illa conditionata recensita: sed impugnationibus minus quam ipsi extimant, efficacibus. Primärquia efficacis desiderium, ex quo cunque mortuoj in rei executione tendit: quare nec potest à circumstantiis executioni necessarii praescindere, ac subinde, neque à voluntate implicita executionis in eis circumstantiis, ac proinde neque à culpa executioni ex eis adiuncta, & suborta purgari: quod secus evenit in complacencia simplici, que in rem, non, vt exequendam fetur, ac subinde à circumstantiarum adhuc implicita praescindit, solumque in rem ob bonitatem sue voluntatis, sue delectationis fetur: neque à malitia circumstantiarum, quibus necessariò exequenda res est, potest vitari. Vide delectatio pura, ac simplex videntur de copula cum coniugata, cuiusdem speciei prout est; ac simplex delectatio cum soluta: secus efficacis desiderium copula cum coniugata, cuius exercitio, ad quam tendit, nequit ab iniustitia contra maritum & adulterio praescindere, vt ex nostro Valsquez recte obseruantur. Ouedo etiam nostra 1.2. tract. 6. Controu. 4. pag. 4. numer. 27. Ioan. San-

chez, communiter alij: cum autem in executione cursus Dei in opus, & actionem prauam nequeat à concursu in eam à creatâ voluntate praescindere, non potest non voluntate, illa, seu desiderio efficaci conditionato in suum concursum, & actionem prauam, & ab ipso, Deus fieri, quia implicitè erit, in eam, vt a creatura, ac proinde in actionem prauam, & materiale peccati feratur, quod Deo repugnat. Secunda impugnatio: quia quidquid conditionata amari potest purificata conditione potest amari abolute; immo ipse amor efficacis conditionatus ex purificata sola conditione transire in absolutum, vt vulgo assertur: quare admittit in Deo efficaci amore conditionato materialis peccati, vt admittendum ostendimus, & amor Dei absolutus efficacis eiusdem materialis peccati admittetur, quod tantere abhorret.

3. Sed si virginitas alia vniuersim contra voluntatem conditionataam sive efficacem, sive inefficacem in re praesente adesse praefata impugnatio nihil contra conditionataam efficacem praestaret: etenim, quod tendentiam in executionem, tam efficacem, quam inefficacem desiderium, dummodo desiderium absolutum de re, aut operatione exercenda sit, à necessariis circumstantiis executionis rei, quam vtrumque desiderium intendit abstrahere nequit: quare, qui alitermodo rem desiderat ab operis malitia ex circumstantiis illis nequit abstrahere. Vnde nemo est qui desiderium, nisi non absolute efficacis, copula cum coniugata à malitia exercet adulterio: esth merito ab eiusmodi malitia, cum qui de copula cum eadem delectetur sollemmodo, quia eam vllatenus desiderat, ab adulterio, malitia excusat, atque intra venerem, delectationem illius malitiam totam affereret contineri: & Pater quidem Valsquez Theologici, solidique huius discriminis inter simplicem delectationem, & desiderium acutum, & profundus adiuvent, desiderium simile inter desiderium efficacis, & inefficacis nunquam recognovit, vt videtur in ipso est. 1.2. tit. 1. d. 7. capite sexto, numero 30. & 31. & d. 110. est, vt clarus precipiat inre delectationem simplicem, & desiderium discrimen, quod docet, in desiderio efficaci, quod coniunctus de se cum executione ipsa est, illud ostendat. Delectationem vero, de qua loquitur mortis obiecto appellat, cum felice de proposta operis delectatione quis rannum desiderat, nihil circa eius executionem sentans, ut desiderans: idque ratio Theologica, quam inuenit: quod ad illud discrimen probandum vtrum suaderet: ipsa delectatio ad rei effectu, que à circumstantiis non praescindit, non fetur, idem de vtrroque desiderio, sive efficaci, sive inefficaci probat: cum in rei executione vtrumque eo ipso, quod desiderium sit, ostendat: quod enim inefficacis cum executione non coniungit, sed quod efficaci semper coniungit: & tamen semper à executionis circumstantiis malitiam trahit, quia tempore executionis intendit.

4. Sed nihil contra alterum desiderium Dei, efficac adhuc, conditionatum concurrendi adhuc ex parte sua, si se voluntas ad actionem prauam determinet, sive sub conditione determinationis voluntatis creatæ (sive materialis peccati, & malitia fundamentum rerum est) probat. Neque enim opus est, vt qui sub conditione turpi aliquid, sive efficaciter, sive inefficaciter desiderat, vt ipsa conditione turpem, adhuc implicitè relit, ecce iudices volunt homines suspendere, si ostendat, vel furentur, & Deus punire peccatores, si pereant: & tamen, nec indices furent, aut hominem, nec Deus peccatum, implicitè adhuc volunt, sed dignale factorum mercedem. Deus ergo desiderio etiam efficaci concursum ex parte sui ad prauam actionem sub conditione concursus, seu determinationis ad actionem prauam illam, vt ex parte creaturæ est, sive materialis peccati, velle implicitè adhuc, conditionate non resurget: sed solum actionem illam, vt ab ipso, & consequenti ex parte sua est, idemque purificata conditione sollemmodo absolute velle, scilicet, & de exhibito & se ad actionem prauam gaudere Deum Recentiores ipsi faciunt. Tandem, esti desiderium inefficacis conditionatus & purificata conditione absolutum desiderium efficacis necessario non inferat, sive tamen illud possit.

cum tamen aequa incommode admitteretur, & absurde  
Deum poli absolute velle materiale peccati, immo, &  
conditionate, ut hoc deus curi aequo robore proba-  
bitur si inefficax desiderium concurrendi ad actionem  
prauam sub conditione determinacionis, & concursus ad  
illam voluntatis creatae ex parte sua admittatur.

ad actionem prauam, si ad bonam concursus ex volun-  
tatis creatae defectu absolute non fuerit; alterum de con-  
cursu ad oppositum, si ad actionem prauam concursus  
absolute defecit.

6. Sed tamen decretum, quo Deus ex parte sua ad  
actionem prauam concursus ad oppositum, si ad

5. Verum decretum hoc nullatenus conditionatum ex parte obiecti esse posse de concusatu ex parte Dei, sed conditione determinacionis creaturæ ad actionem prauam, sive efficax, sive inefficax illud est affirmare, loquendus propriè sit, et ratio evidens. Quia, nihil potest esse conditionatum propriè sub conditione sui ipsius: atque concensus, & determinatio voluntatis in actionem prauam idem ipsius re ipsa infechile, & indubitate est cum Dei, & omnipotenti concursu in eandem: ergo, nec potest esse concensus Dei conditionis propriæ sub conditione determinacionis, & concusus voluntatis creatus in eandem actionem, neque à Deo amari, vt sit, si se ad eam actionem voluntas creaturæ, determinari, & concursari, erit enim velle amareque Deum, vt suus in eam actionem concursus existat, si exeretur: quod & inane est, & effectu ordinis, sive in ordine ad eius executionem, impossibile. Siquidem alterius voluntatis, & desiderio fieri, quod se necellarium est (vti necellarium est Dei concussum, si existat existere) eti omnia impossibile: vnde rerum possibilitez à Dei voluntate, & omnipotenti, tanquam à sui principio actuo esse non potest. Secundo, quia, qui sub conditione aliqua, aliquid vult efficiere, vt absolute vel efficiere, atque absolute faciat opus est, vt ad eius absoluendum illius voluntatis & effectuonem absolute prædicta & præfusa conditione naturæ prioritate præcedat; nequit autem concursus creaturæ voluntatis in actionem prauam naturæ priori, & in se, & in Dei præfusione, ad Dei concusum sibi necellari, & effectuonem physice, & realiter identificatum; vt hie absolute à Deo amari, que apponatur, præcedere: quare nec potest Dei concusus sub conditione concursus voluntatis creaturæ in actionem prauam à Deo amari scio à Thomistis, & Lefèbvre de gratia efficaci, cap. 4. & 5. aliter & aliter prioritatem concursus inter causam primum, & secundam explicari; sed adhuc identica concomitancia concursus rationis solius, & ficticia solum prioritatis alterius ad alterum erit, ad obiectum conditionatum constitutio nis nequa: vt beatus Herizet dispat. 6. de voluntate, cap. 3. num. 47 ad eo inclusa. Numerus enim, 47, quod Deus ex parte sua ad actionem prauam concurrevit non est illud indifferenter concurrendi ad utrumque extreum, vt, sive & disiunctim ad alterum concurrere, quatenus ex le adhuc est Deus velit: prouindeque, non solum non est conditionatum obiectum sub propriâ conditione, iuxta primum modum impugnatum, nec sub inpropria conditione co muniti identicas cooperations, & concursus leu determinacionis creaturæ in actionem prauam, vt voluit, & explicitu noster Herizet, sed neque conditionatum inclusum in decreto de concursu viroque disiunctum ad actionem prauam, vel cuius oppositum catu quoad alterum concursus defecta determinacionis voluntatis absolute deciat. Ratio est, quia ad actionem prauam id solum ex parte sua velit, & apponere Deus, & debet, & potest, quod facit sit, vt voluntas creaturæ si proxime absolute potest pro suo arbitrio, & libertate actionem prauam elicere, ac de facto elicat, si velit, ad id autem opus non est, vt Deus velet concursum suum ad prauam operationem affectu, & desiderio prosecutio, quatenus ex le est adhuc, disiunctum neque sub conditione, adhuc inpropria, & comitate determinacionis creaturæ voluntatis in actionem prauam: ergo Deus decretus suus non vult posuisse, & prosecutio, adhuc disiunctum, aut conditionate concursum suum in actionem prauam. Minor probatur: quia sola permissione facta creaturæ actiuitatis omnipotenter sua per decretum, quo illam applicat se subdatur arbitrio, voluntatis creaturæ reliquis requisitis intructa ad prauam actionem, voluntas constituitur in actu primo proximo absolute potens ad actionem prauam, adhuc huius adsequatum, & ab solutum principium proximum item cum ea sibi applicata, arque arbitrio suo subdita actiuitate omnipotenter tens, (vel abutens potius,) creat voluntas actiuitatis elicitar prauam, & solum, arque independent, & a causa prima non operabitur: atqui voluntas permisiva solum actiuitatis omnipotenter sua per decretum applicatum illius non est voluntas prosecutio concursus adhuc ex parte sua: ergo per decretum illam applicandi, & subdenti arbitrio voluntatis creaturæ non vult, de se, & ex parte sua posuisse concurrere ad actionem prauam.

7. Confirmatur discussus auctoritate Patrum super recitatorum assertorum actionem prauam a Deo non donari, sed rapi iniurumque, & noleantem trahi, & concurre ad illam: quod si de se indifferenter vellet concurre ad actionem prauam, vel eius oppositum, & quod illam, atque oppositum nobis donaret, neque iniurias, & noleens ad illam traheretur & concurreat, sed volens quidem & aequaliter, atque cum ad extreum oppositum, opus scilicet honestum, concutum praberet. Confirmatur testimonium Patrum alis, & signatissime Augustini ad illud Psalm. *Omnia quecumque volunt fieri*, ait, aientis de actis prohibiti positione in rebus nihili esse in hoc mundo nisi quod omnipotens fieri velit (ut pro Dei erga peccata amore obiciatur) h[ic]que verbis temprantibus, *vel si nemo, ut natus, nimirum actionem prauam, & peccatum, quibus erga omniad actionem, solum permisimus voluntatem Deo concedit, vel ipse faciendo*: reliqua virtus opera, que praua non sunt. Quo sane loco de omni potestate, quia talis, ad Deum, ut cauta prima, & viuenteri rerum omnium est sermo; nec solum, quia gratia, & praedestinationis supernaturalis est auctor. Quare, & decreto necessario ut ad actionem prauam concuratur solum permisimus, in suum etiam conculum fieri, sive solum omnipotenter auctoritatem, & virtutem actuum creare voluntaris arbitrio, ac liberis determinationib[us] subdendo, non autem positiue, & profectuue quatenus ex ipso est, volendo Augustinus, Patremque reliqui loqui latius exprimit: etenim, si decreto, quo, ut cauta prima: suum conculum ex parte actus primi ad actionem prauam, eiusque oppositum creare apparat voluntarii indifferenter, conculum suum ad virtutibus prosequeretur de se, eti neutrum determinatum, led a voluntate creata determinandum, cum ex voluntate creata determinatione concurteret. atque noscitur con-

cursum suum ad actionem prauam, actionemque probam velle diceretur; nec solum circa illum sive actionem prauam, quatenus à sua omnipotentia, & à se, vt causa prima est, permisus se habere. Confirmatur tertio ex decreto Dei collatio reliquorum principiorum requisitorum ad liberi in genere moris operandum; etenim, indifferenter cogitationem voluntati creati confer, quin positiuē, de se, adhuc, indifferenter, velit concursu eius cogitationis in actionem prauam, inđ vero id solum vult, vt ea indifferenter cogitatione potentia proximā libera constitutatur, vt diffusus partiali eius inductioni, in prauam actionem liber, honestus ac meritorius euadat: solumque obinde motionem in actu primo sive vim motuam intentionalem cogitationis indifferenter positiuē vult, atque motionem eius actualiem in prauam actionem permittit solum voluntari, eiusque abusui, quin eam positiuē velit: ergo eodem modo le geritum ex munere cause prime actionem sive omnipotentia ex parte actus primi requisitam à voluntate ut operari absolute possit, atque liberē operetur, de creto suo applicat, eiusque libere subdit determinatiōnē.

